VENERABILIS BEDAE OPERA.


VENERABILIS
BEDAE
PRESBYTERI
ANGLO-SAXONIS
viri ſua ætate
doctiſsimi,
OPERA
quotquot reperiri
potuerunt omnia:
Hac vltima impreſsione ornatius
in lucem edita.
COLONIÆ AGRIPPINÆ
Sumptibus Anton. Hierati
et Ioan. Gymnici.
ANNO
MDC XII
O FOELIX COLONIA
AGRIPPINA

VITA VENERABILIS BEDÆ PRESBYTERI ANGLO-SAXONIS, EX ANNALIBVS CARDIN.

Cæſaris Baronij & alijs deſumpta.

SAnctus & Venerabilis Beda anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptuageſimo primo, temporibus Adeodati Papæ, & Conſtantini Pogonati, in Anglia, prope Monaſterium Beatorum Petri & Pauli (quod, vt ait idem Beda libro 5 Hiſt. Ang. in fine, ad VVyrimudam & Ingiruum ſitum eſt) natus fuit.

Dum ſeptimum ſuæ ætatis annum, qui eſt Chriſti, 678. abſoluiſſet, vtroque parente deſtitutus, ſupradicto Monaſterio cura propinquorum traditus, ab eiuſdem Monaſterij Abbatibus, Benedicto & Ceolfrido, viris ſanctitate, doctrina & pietate celeberrimis educatus, à teneris virtuti & pietati ſimul aſſueuit.

Monimenta laborum ac ſtudiorum ſuorum innumera, quæ poſteris reliquit, eum non tantum Græcæ ac Latinæ linguæ peritum fuiſſe, atque in omni diſciplinarum genere excelluiſſe produnt: Verũ etiam Rhetorem, Hiſtoricum, Aſtronomum, Arithmeticum, Chronographum, Philoſophum ac Theologum tantum, atque eo tempore tam mirabilem extitiſſe teſtantur, vt apud iſtius ſæculi ſcriptores in Prouerbium abierit: *Hominem in extremo orbis angulo natum, vniuerſum orbem ſuo ingenio perſtrinxiſſe.* Tria hæc, orare, ſcribere, & docere, ei per totam vitam familiaria fuere.

Decimo nono vitæ ſuæ anno, qui incidit in annum Chriſti 690. Sergij Papæ 3 & Iuſtiniani Iunioris 6. tranſacto, Diaconatus ordinem à Ioanne Auguſtaldenſis Eccleſiæ Epiſcopo, iuſſu Ceolfridi Abbatis ſupranominati ſuſcepit.

Quando autem eiuſdem Ceolfridi mandato circiter annum ætatis ſuæ triceſimum, qui eſt Chriſti ſeptingenteſimus primus, & Sergij Papæ vltimus, Presbyteratus ordine inſignitus fuit, totum ſe Religioni, & ſacrarum literarum meditationi & interpretationi deuouit: prout de ſe ipſo in fine hiſtoriæ ſuæ Anglicanæ teſtatur his verbis: [Beda Dei famulus & presbyter monaſterij beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, quod eſt ad VVirimudam & Ingiruum. Qui natus in territorio eiuſdem monaſterij, cum eſſem annorum ſeptem, cura propinquorum datus ſum educandus reuerendiſſimo Abbati Benedicto, ac deinde Ceolfrido, cunctumque ex eo tempus vitæ in eiuſdem monaſterij habitatione peragens, omnem meditandis ſcripturis operam dedi, atque inter obſeruantiam diſciplinæ regularis, & quotidianam cantandi in Eccleſia curam, ſemper aut diſcere, aut docere, aut ſcribere, dulce habui.

Decimo nono autem vitæ meæ anno diaconatum, trigeſimo gradum presbyteratus, vtrumq; per miniſterium Epiſcopi Ioannis, iubente Ceolfrido Abbate, ſuſcepi. Ex quo tempore accepti presbyteratus, vſque ad annum ætatis meæ quinquageſimum nonum, hæc in ſcripturam ſanctam, meę, meorumque neceſſitati ex opuſculis venerabilium Patrum breuiter annotare, ſiue etiam ad formam ſenſus & interpretationis eorum ſuperadijcere curaui.] Hæc ipſemet Beda.

A Sergio Papa Romam vocatum eſſe, vt colloquio frueretur eius, qui per famam virtutum & ſcientiarum toti mundo innotuerat, eiuſdem Sergij Pontificis Epiſtola, quæ extat Tomo 3. Conciliorum generalium, indicat his verbis: *Opportunis ergo ac diuinis amplectenda ſolicitudinis tuæ petitionibus arctiſſima deuotione fauentes, hortamur Deo dilectam, religioſitatis tuæ bonitatem, vt quia exortis quibuſdam Eccleſiaſticarum cauſarum capitulis non ſine examinatione longius innoteſcendis, opus nobis ſunt ad conferendum artis literaturæ imbuti: Sicut decet deuotum auxiliatorem ſanctæ matris vniuerſalis Eccleſiæ, obedientem deuotionem huic noſtræ exhortationi non deſiſtas accommodare: ſed abſque aliqua immoratione religioſum Dei famulum Bedam, Venerabilis Monaſterij tui Presbyterum ad limina Apoſtolorum principum dominorum meorum Petri & Pauli, amicorum tuorum ac protectorum, ad noſtræ mediocritatis conſpectum non moreris dirigere: quem, fauente Domino ſanctis tuis precibus, non diffidas proſpere ad te redire, peracta præmiſſorum Capitulorum cum auxilio Dei deſiderata ſolemnitate. Erit enim (vt confidimus) etiam cunctis tibi creditis profuturum, quicquid Eccleſiæ generali claruerit per eius præſtantiam impertitum.*

Vnde quanta in eo fuerit modeſtia, quantuſque externorum honorum contemptus, nemo non facili negotio intelligit: qui cum in ſcriptis ſuis frequenter Sergij meminit, hanc vocationem, quæ ad ſummam laudem ſuam ſpectare videbatur, ſilentio præterijt. Fueritné ad petitionem Sergij Romam miſſus, planè ignoratur: non iuiſſe, & ex Anglia ne quidem pedem vllum extuliſſe, verius eſſe putamus. Nam quæ ad Hiſtoriam Anglicanam texendam, ex Eccleſiæ Romanæ Archiuis petere opus fuerat, non à ſe inde allata, ſed opera Nothelmi, qui ſub Gregorio Papa ſecundo Romam venit, ſe accepiſſe teſtatur in Epiſtola nuncupatoria ad Ceolulphum Regem poſita in fronte eiuſdem à ſe conſcriptæ hiſtoriæ.

[Ita iam celebre erat nomen eius, *ait Trithemius in vita Bedæ*, vt in quæſtionibus enodandis indigeret eo ſublimitas Romana. Et tantis planè condigna laus ſtudijs, quippè qui ex eo tempore, quo legere poterat, à ſacra lectione & ſtudio minimè ceſſabat.

Semper mens deuota ſtudiis occupabatur ſalutaribus, quibus legit, ſcripſit vel docuit. Erat ei mos ex lectione vehementer accendi & compungi, ita vt ſæpè inter legendum & docendum lachrymas calidas effunderet. Vnde poſt lectionem vel ſtudium ad orationes ſanctas doctor deuotus ſe contulit, ſciens magis Dei gratia quàm proprijs viribus ad ſcientiam perueniri ſcripturarum. O virum cunctis venerandum ſeculis, qui & mentis habitaculum orationibus, & Eccleſiam doctrinis illuſtrauit. Nullus vnquam nonnum Bedam vidit otioſum. Vehementiſſime amore ſtudij ſacri æſtuabat, ita vt ne ad momentum quidem potuerit eſſe otioſus.

Cum enim ad monaſterium puer intraſſet, intantùm ſtudendo profecit, vt non ſolùm in ſacris ſcripturis, ſed etiam in ſecularibus literis vltra omnes Angliæ doctores peritiſſimus euaſerit. Scripſit de omnibus artibus, quas liberales vocant, tractatus plures atque pulcherrimos. In extremo mundi, vt ita dicam, poſitus, Græcam linguam magna ex parte didicit, & nec Hebraicæ penitus indulſit. Habuit multos egregios diſcipulos, quos ſuo ſtudio & exemplo ad amorem ſcripturarum inæſtimabili feruore prouocabat. Nec ſolùm ſtudijs, ſed quod ijs amplius eſt, religione & ſanctitate, quos docuit, fecit inſignes. Fuit autem vir per omnia magnificus, ſcientia & morum honeſtate venerabilis. Charitate ſiquidem refulſit geminata ſublimis, deuotione præcipuus, caſtimonia vitæ glorioſus.

Erat autem decentis ſtaturæ, inceſſu grauis, voce ſublimis, ore facundus, vultu decorus, & quædam mixta iucunditati ſeueritas. Vnde bonis & deuotis erat affabilis, ſuperbis autem & negligentioribus terribilis. Se ita manſuetum & humilem cunctis exhibuit, vt in toto monaſterio vix haberet æqualem. Quicquid autem ſtudendo & meditando de ſcripturis potuit appræhendere, ſine inuidia communicabat ijs, quos idoneos viderat, & in amore ſcientiæ ſalutaris flagrantes. De tota Anglia viri confluebant ad eum, cupientes ſub eius magiſterio & morum & ſcientiæ ſcripturarum incrementa ſuſcipere. Nam eius conuerſatio, intuentibus norma totius religionis erat & honeſti. Et quid multis nitar ſermonibus? talis ac tantus erat vir ille ſacratus, vt omnis laus eius virtutibus ſit prorſus inferior. O vtinam tale iam ſtudium amarent monachi: quàm felix eſſet ſtatus religionis. Amator veræ ſcientiæ erat is, de quo loquimur: qui non battologiam, ſed virtutem in ſtudio quærebat. Nam incurioſi fuit, ſed dulcis eloquij.] Hæc Trithemius.

Anno ætatis ſuæ quinquageſimo nono, qui incidit in annum Chriſti ſeptingenteſimum trigeſimum primum, ſcriptorum ſuorum Catalogum abſoluit illum, qui ponitur ad finem Epitomes ante antiquum auctorem Anonymum, qui poſt eum res Anglorum eſt proſecutus. In quo non ſine magno detrimento Eccleſiæ plurima deſiderantur, quę vel iniuria vel antiquitate temporum interierunt. Quę verò huic non inſerta repeniuntur, vel poſt annum ætatis Bedæ quinquageſimum nonum ſcripta fuêre: vel à poſteris & diſcipulis Bedæ amantiſſimis ſeruis inuenta, & è tenebris eruta, ſimul cùm alijs, quę infra deſignantur, in lucem ſunt emiſſa.

CATALOGVS SCRIPTORVM EIVS AB *Anonymo auctore compilatus, iſte eſt:*

In principium Geneſis vſque ad natiuitatem Iſaac, & electionem Iſraelis, & Iſmaelis reprobationem libros tres.

De tabernaculo & vaſis eius, ac veſtibus ſacerdotum libros tres.

Item in primam partem Samuelis, id eſt, vſque ad mortem Saul, libros quatuor.

De ædificatione templi allegoricæ expoſitionis, ſicut & cætera, libros duos.

Item in Regum librum triginta quæſtionum.

In Prouerbia Salomonis, libros tres.

In Cantica Canticorum, libros ſex.

In Eſaiam, Danielem, duodecim Prophetas, & partem Hieremiæ, diſtinctiones capitulorum ex tractatu beati Hieronymi excerptas.

In Eſdram & Nehemiam, libros tres.

In Canticum Abacuch, librum vnum.

Item capitula lectionum in Pentateuchum Moyſi, Ioſue, Iudicum.

In li-

In libros Regum, & verba dierum.
In librum beati Patris Iob.
In parabolas, Eccleſiaſten, & Canticum Canticorum.
In Eſaiam Prophetam.
In Eſdram quoque & Nehemiam.
In Euangelium Marci libros quatuor.
In Euangelium Lucæ, libros ſex.
Homiliarum Euangelij, libros duos.

In Apoſtolum quæcunque in opuſculis S. Auguſtini expoſita inueni, cuncta per ordinem tranſſcribere curaui.

In actus Apoſtolorum libros duos.
In Epiſtolas ſeptem Canonicas, libros ſingulos.
In Apocalypſim Sancti Ioannis, libros tres.
In capitula lectionum in totum nouum teſtamentum, excepto Euangelio.

Item librum Epiſtolarum ad diuerſos, videlicet: De ſex ætatibus ſæculi vna eſt. De manſionibus filiorum Iſrael vna. De eo, quod ait Eſaias: Et claudentur ibi in carcere, & poſt dies multos viſitabuntur, vna. De ratione biſſexti vna. De æquinoctio iuxta Anatolium vna.

Item de hiſtorijs Sanctorum, librum vitæ paſſionis ſancti Felicis Confeſſoris, & de metrico Paulini opere in proſam tranſtuli. Librum vitæ & paſſionis ſancti Anaſtaſij malè de Græco tranſlatum, & peius à quodam imperito emendatum, prout ad ſenſum, correxi.

Vitam ſancti patris, monachi ſimul & Antiſtidis Cuthberti, & priùs heroico metro, & poſtmodum plano ſermone deſcripſi.

Hiſtoriam Abbatum monaſterij huius, in quo ſupernæ pietati deſeruire gaudeo, Benedicti, Ceolfridi, & VVerthberti in libellis duobus.

Hiſtoriam quoque Eccleſiaſticam gentis noſtræ in quinque libros.

Martyrologium de natalitijs ſanctorum Martyrum diebus, in quo omnes, quos inuenire potui, non ſolum qua die, verùm etiam quo genere certaminis, vel ſub quo iudice mundum vicerint, diligenter annotare ſtudui.

Librum hymnorum diuerſo metro ſiue rythmo.
Librum Epigrammatum heroico metro ſiue Elegiaco.
De natura rerum, & de temporibus, libros ſingulos.
Item de temporibus, librum vnum maiorem.
Librum etiam de orthographia, alphabeti ordine diſtinctum.
Item librum de arte metrica, & huic adiunctum alium.

De ſchematibus & tropis libellum, hoc eſt, de figuris, modisq́; locutionum, quibus Scriptura ſancta contexta eſt.

Ad quem autem annum Redemptoris vita peruenerit, quoto anno ætatis ſuæ deceſſerit, non ſatis conſtat. Marianus Scotus anno ſeptingenteſimo vigeſimo nono. Sigebertus ſeptingenteſimo trigeſimo primo. Trithemius ſeptingenteſimo trigeſimo tertio: alij grauiſſimè aberrantes, ſeptingenteſimo mortuum eſſe contendunt. Verùm ex ſcriptis eius ait Baronius: *Certò certius elici poſſe videtur, vt alterum de duobus ſit affirmandum; vel ſcriptum librum Bedæ abſque controuerſia ipſi tributum eius non eſſe, vel ex eo fateri, ipſum ſaltem perueniſſe ad annum ætatis centeſimum quintum. Etenim in ea Epiſtola inter alias eius lucubrationes ſuperiùs numeratas, cuius eſt titulus:* De æquinoctio iuxta Anatolium, *ad fratrem VVicrhedam presbyterum ſcripta, quæ incipit:* Libenter accepi literas tuæ benignitatis, & cætera, *habet iſta prope finem poſt prolixam ea de re diſputationem:* Vt te exemplis ad inueniendam inſtruam feriam, quæ decima quarta occurrat luna (vt puta) anno præſenti Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo ſeptuageſimo ſexto: ſume epactas huius anni, & cætera, *docens eo anno lunam decimam quartam fuiſſe quinto Idus Aprilis, Dominicum vero diem Paſchatis decimo octauo Kalendas May. Cum igitur dicto anno Redemptoris ſeptingenteſimo ſeptuageſimo ſexto ea Beda ſcribere ſe teſtetur; vtique affirmare neceſſe, vt dictum eſt, perueniſſe ſaltem ad annos ætatis centum quinque. Nec eſt, quod quis dicere poſſit per errorem in numerum irrepſiſſe: ſiquidem idem deſignatus Annus ad amuſſim concordat cum tabulis Aſtronomicis in circulo decennouenali decimo tertio, in quo dictis diebus æquè ponitur luna decima quarta, & dies Paſchæ.*

Sic igitur eius Epiſtolæ auctoritate, quam Bedæ adſcribunt omnes, apparet, longè diuturniorem vixiſſe ætatem, quam tradant alij. Certe quidem ſe multum vixiſſe, diem obiturus teſtatus eſt, exſatiatus ætate longæua, vt proximè dicturi ſumus. Quodſi hæc de longa Bedæ ætate non placent, vt noua & hactenus inaudita, tunc incumbit labor his, qui negant, non eſſe Bedæ citatam nuper Epiſtolam, falſoque recenſeri inter alia eius ſcripta, monſtrare; & nos veriora promenti haud inuiti acquieſcimus, parati ſemper ſequi firmiora tradentem. Hæc baron.

Tranſitus eius ad Dominum ex hac vita qualis fuerit, & quando contigerit, illa germana ac ſinceriſſima Epiſtola vnius cuiuſpiam ex diſcipulis eius, qui morienti adfuit, indicat, quam hic integram ſubijcimus.

Munuſ-

Munuſculum quod iuſiſti, multum libenter accepi, multumque gratanter literas tuæ deuotæ eruditionis legi, in quibus, quod maxime deſiderabam, Miſſas videlicet, & orationes ſacroſanctas, pro Deo dilecto patre ac magiſtro Beda, à vobis diligenter celebrari reperi. Vnde delectat magis pro eius charitate, quàm fretus ingenio, paucis ſermonibus dicere, quo ordine migrarit à ſeculo, cum hoc etiam te deſideraſſe, & popoſciſſe intellexi. Grauatus eſt quidem infirmitate, & maximè creberrimi anhelitus, ſed tamen penè ſine aliquo dolore, ante diem reſurrectionis Dominicæ, id eſt, ferè duabus hebdomadibus. Et ſic poſtea lætus & gaudens, gratiaſque agens Deo omnipotenti omni die & nocte, imò horis omnibus, vſque ad diem aſcenſionis Dominicæ, id eſt, ſeptimo Idus Maij vitam ducebat, & nobis diſcipulis ſuis quotidie lectiones dabat. Quicquid autem reliquum diei fuit, in Pſalmorum cantu, prout potuit, ſe occupabat. Totam verò noctem lætus in orationibus, & gratiarum actione Deo ducere ſtudebat, niſi tantum modicus ſomnus impediret: itemque euigilans ſtatim conſueta ſcripturarum modulamina ruminabat, extenſiſque manibus Deo gratias agere non eſt oblitus. Verè fateor, quia neminem alium vnquam oculis meis vidi, nec auribus audiui, tam diligenter gratias Deo viuo referre. O verè beatus vir. Canebat autem ſententiam Sancti Pauli, dicentis: *Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis*, & multa alia de ſacra Scriptura, in quibus nos à ſomno animæ exurgere præcogitando horam vltimam admonebat. Et in noſtra quoque lingua, vt erat doctus in noſtris carminibus, dicens erat de terribili exitu animarum à corpore. Cantabat etiam Antiphonas ob noſtram conſolationem & ſuam, quarum vna eſt: *O Rex gloriæ, Domine virtutum.* Cum veniſſet autem ad illud verbum: *Ne derelinquas nos orphanos:* prorupit in lachrymas, & multum flebat. Et poſt horam cœpit repetere, quæ inchoauerat, & ſic per totum diem faciebat. Et nos quidem audientes, luximus cum ipſo, & fleuimus. Altera vice legimus, altera vice plorauimus, imò cum fletu legimus. In tali lætitia quadrageſimales dies vſque ad diem præfatum deduximus. Et ille multum gauiſus eſt, & Deo gratias referebat, quia ſic meruiſſet infirmari. Et ſæpè dicebat: *Flagellat Deus omnem filium, quem recipit.* Et ſententiam Ambroſij: *Non ſic vixi, vt me pudeat inter vos viuere, ſed nec mori timeo, quia bonum Dominum habemus.*

In iſtis autem diebus duo opuſcula memoriæ digna, exceptis lectionibus, quas quotidie accepimus ab eo, & cantu Pſalmorum facere ſtuduit, id eſt, à capite Euangelij ſancti Ioannis, vſque ad eum locum, in quo dicitur: *Sed hæc quid ſunt inter tantos?* in noſtram linguam ad vtilitatem Eccleſiæ Dei conuertit. Et de libris Iſidori Epiſcopi excerptiones quaſdam, dicens: *Nolo vt pueri mei mendacium legant, & in hoc poſt meum obitum ſine fructu laborent.* Cum veniſſet autem tertia feria ante aſcenſionem Domini, cœpit vehementius ægrotare in anhelitu, & modicus tumor in pedibus eius apparuit. Totum tamen illum diem docebat, & hilariter dictabat, & nonnunquam inter alia dixit: *Diſcite cum feſtinatione, quia neſcio quamdiu ſubſiſtam, & ſi poſt modicum tollat me factor meus.* Vnde nobis videbatur, ne forte exitum ſuum bene ſciret, & ſic noctem in gratiarum actione peruigil duxit. Et mane illuceſcente, id eſt, quarta feria, præcepit diligenter ſcribi, quæ cœperamus, & hoc fecimus vſque ad horam tertiam.

A tertia vero hora ambulauimus cum reliquijs ſanctorum, vt conſuetudo illius diei poſcebat, & vnus ex nobis erat cum illo, qui dixit ei: *Adhuc capitulum vnum de libro, quem dictaſti, deeſt, & videtur mihi difficile tibi eſſe plus te interrogare.* At ille inquit: *Facile eſt, accipe calamum tuum, & tempera, & feſtinanterque ſcribe:* & ille fecit ita. At nona hora dixit mihi: *Quædam precioſa in mea capſella habeo, id eſt, piper, oraria & incenſa: ſed curre velociter, & adduc Presbyteros monaſterij noſtri ad me, vt & ego munuſcula, qualia mihi Deus donauit, illis diſtribuam.* Quod & cum tremore feci. Et præſentibus illis locutus eſt ad eos, vnumquemque monens & obſecrans, Miſſas & orationes pro ſe diligenter facere.

Quod illi libenter ſe facturos reſponderunt, lugebant autem & flebant, maximè à verbo quod dixerat, quia æſtimaret, quod faciem eius non multò amplius in hoc ſeculo viſuri eſſent. Gaudebant autem de eo, quod dixit: *Tempus eſt, ſi ſic factori meo videtur, vt ad eum modo abſolutus ex carne veniam, qui me, quando non eram, ex nihilo formauit. Multum tempus vixi, beneque mihi pius iudex vitam meam prouidit, tempus abſolutionis meæ prope eſt. Etenim anima mea deſiderat regem meum Chriſtum in decore ſuo videre.* Sic & alia multa vtilitatis cauſa ad noſtram ædificationem locutus, diem vltimum in lætitia vſque ad veſperum duxit. Et præfatus puer nomine VVilberch adhuc dixit: *Magiſter dilecte, reſtat adhuc vna non deſcripta.* At ille: *Bene*, inquit, *conſummatum eſt, veritatem dixiſti. Accipe caput meum in manus tuas, quia multum me delectat ſedere ex aduerſo loco ſancto meo, in quo orare ſolebam, vt & ego ſedens patrem meum inuocare poſſim.* Et ſic in pauimento ſuæ caſulæ decantans: *Gloria patri & filio, & Spiritui ſancto*, & cætera, vltimum ex corpore exhalauit ſpiritum. Atque ſine dubio credendum eſt, quia pro eo, quòd hic ſemper deuotiſſimus in Dei laudibus laborauerat, ad gaudia deſideriorum cœleſtium anima eius ab Angelis portaretur. Omnes autem, qui audierunt & viderunt obitum Bedani patris noſtri, nunquam ſe vidiſſe alium in tam magna deuotione, atque tranquillitate vitam finiſſe teſtabantur: quia vt audiſti, quouſque anima eius in corpore fuit, *Gloria patri*, & alia quædam ad gloriam Dei cecinit, & manibus expanſis Deo gratias agere non ceſſabat. Scire autem debes, quia adhuc multa narrari & ſcribi poſſent de eo, ſed nūc breuitatem ſermonis ineruditio linguæ meæ facit.

Attamen cogito Deo adiuuante, ex tempore plenius de eo ſcribere,
quæ oculis vidi, & auribus audiui.

* *
*

Epira-

Epitaphium etſi pium quidem, egregiæ tamen ſanctitati ac doctrinæ tanti viri non ſatis conueniens, extat tale:

Presbyter hic Beda requieſcit, carne ſepultus,
Dona Chriſte animam in cælis gaudere per æuum;
Daq́; illum Sophiæ debriari fonte, cui iam
Suſpirauit ouans intento ſemper amore.

Qui hos verſus primus reddidiſſe reperitur, vetus aſſectator Bedæ in hiſtoria Anglicana, ita mox iure expoſtulat: [Poteritne, inquit, vlla excuſatione hic pudor extenuari; vt nec in eo monaſterio, vbi illo viuente totius literaturæ exultabat gymnaſium, potuerit inueniri homo, qui memoriam eius formaret, niſi exili & miſerabili ſtylo]; *ſed illud deterius, quod finxit ſibi fabula epitaphium Bedæ, de quo hæc in vita eius, quæ à Petro deſcribitur in Sanctorum catalogo* : Alius diſcipulus eius, cùm, ipſo defuncto, titulum ſepulchro facere diſpoſuiſſet vnico carmine leonino, ſic incipiens: *Hac ſunt in foſſa*, & vellet finire, *Bedæ ſancti*, vel *Presbyteri oſſa*; nec metrum ſtare poſſet, & nullum aliud vocabulum eidem occurreret; attædiatus tandem iuit dormitum. Et ecce manè in tumulo manibus Angelicis reperit ſcriptum:

Hac ſunt in foſſa Bedæ Venerabilis oſſa.

Hæc auctor dum cauſam affert, cur Beda non, vt alij, Sanctus dictus ſit, ſed Venerabilis, ad quod aſtruendum iſta quoque adducit: Cum ex nimia ſenectute oculis caligaſſet, & diſcipulo duce ad lapidum congeriem perueniſſet, diſcipulus ei ſuadere cœpit, quod magnus illic eſſet populus congregatus, qui ſumma affectione & ſilentio eius prædicationem expectabat. Cumque ſanctus feruenti ſpiritu elegantiſſimum ſermonem feciſſet & concluſiſſet, per omnia ſæcula ſæculorum: Lapides reſponderunt, Amen Venerabilis Beda. *hæc ibi de indito ipſi cognomento Venerabilis. De quibus cùm nihil Bedæ aſſectator diſcipulus dicat, poſt ipſum iſta excogitata eſſe videri poſſunt, quæ nec à Trithemio eſſe recepta noſcuntur.*

Porrò iſta quidem vel ex eo ſaltem erroris redarguuntur, quod eiuſmodi titulus, Venerabilis, *communis alioqui presbyteris omnibus, incognitus maioribus fuiſſe videtur, qui eundem Bedam non iſto, ſed alio titulo nominarunt: ſiquidem Hilduinus in Areopagiticis, auctor eiuſdem ſæculi, ipſum, Sanctum Bedam presbyterum nominat, ſicut & Marianus Scotus, cum de ipſo ait*: Sanctus Beda presbyter Anglicus, computatur, his temporibus clarus habetur.

Albinus Flaccus & ipſe Anglus, atque eiuſdem temporis ſcriptor, cùm eum citat, Bedam ſacerdotem & doctorem eximium appellat in libris de diuinis officijs, & Amalarius, qui & ipſe eodem ſæculo vixit, citans ſæpe Bedam, nunquam eo titulo, Venerabilis, *ornat, ſed potius honoris cauſa, interdum dominum Bedam appellat. Vſuardus qui & eodem vixit tempore, ſimpliciter abſque illo,* Venerabilis, *titulo nominat Bedam, adeo vt appareat inanis ea, quæ aſſeritur eius tituli cauſa. Porrò vitam Bedæ à Cuthberto Abbate ſcriptã fuiſſe, Molanus teſtatur ſed caremus ea, maximo detrimento veritatis. Tanto doctore iure ſemper gloriata eſt ſancta Eccleſia Anglicana: quem cum reijciant filij deſertores, qui, loco ipſius Pſeudoapoſtolos* a *errantes, & in errorem mittentes, abeuntes retro poſt ſatanam ſunt ſecuti: in futuro ſæculo ante iudicium magni Dei, tanto inſtante accuſatore ſententiam damnationis accipient. Baron.* a 2. ad Tim. 3

Laudauit eum laudatiſſimus vir Sanctus Bonifacius Germaniæ Apoſtolus in Epiſtola ad Cuthbertum Abbatem eiuſdem monaſterij, his verbis: [Interea rogamus, vt aliqua de opuſculis ſagaciſſimi inueſtigatoris ſcripturarum Bedæ monachi, quem nuper in domo Dei apud vos vice candelæ Eccleſiæ, ſcientia ſcripturarum fulſiſſe audiuimus, conſcripta nobis tranſmittere dignemini: & ſi vobis laborioſum non ſit, vt donum * vnum nobis grande ſolatium peregrinationis noſtræ tranſmittatis] * Partem vnam.

Et in Epiſtola ad Egbertum Eboracenſem Archiepiſcopum his verbis: [Modo autem inhianter deſiderantes flagitamus à vobis ad gaudium, vt memores noſtri eo modo, quo & ante mecum feciſtis, aliquam particulam, vel ſcintillam de candela Eccleſiæ, quam illuxit Spiritus ſanctus in regionibus prouinciæ veſtræ, nobis deſtinare curetis; id eſt, vt de tractatibus, quos ſpiritualis presbyter & inueſtigator ſanctarum ſcripturarum Beda referando compoſuit, partem qualemcunque dignemini mittere. Maximè autem (ſi fieri poſſit) quod nobis prædicantibus habile, & manuale, & vtile eſſe videtur ſuper Lectionarium anniuerſarium, & Prouerbia Salomonis, quia commentarios ſuper illa eum condidiſſe audiuimus]

Vulgatam editionem Sacroſanctæ Scripturæ, velut alter Spiridion acerrimè ſemper defendit. Nam cum in Actis Apoſtolorum pleraque ex Græco aliter quàm vulgata haberet, tranſtuliſſet, hanc conteſtationem præmiſiſſe voluit: *Lectorem*, inquit, *admoneo, vt hæc vbicunque fecerimus, gratia eruditionis legat, non in ſuo tamen volumine velut emendata interſerat, niſi forte ea in Latino Codice ſuæ editionis antiquitus ſic interpretata repererit.*

Libro illo, quem Euſebius Pamphili de Paſchate ſcriptum Conſtantino obtulit deceptus, per errorem ſcripſit libro de rat.temp. cap. 42. Euſebium Pamphili fuiſſe auctorem numeri illius, qui Aureus nuncupari conſueuit, decem & nouem annorum periodum continens, quem teſte S Ambroſ.Epiſt.ad Epiſc.Prouinc.Aemiliæ à Patribus Nicæni Concilij, & potiſſimum Alexandrinis Epiſcopis concinnatum eſſe conſtat. Id quod ſcribit de Auguſtino Anglorum Epiſcopo, poſt Anglorum conuerſionem factam ad Aetherium Epiſcopum Arelat.in Galliam miſſo, vt ab eo Epiſcopus ordinaretur, Sancti Gregorij teſtimonio corrigitur, qui in Epiſtola 30.lib.7.teſtatur, illum à Germaniæ Epiſcopis ordinatum fuiſſe Epiſcopum, priuſquam Angliam intraret.

FINIS VITAE BEDAE.

PRIMI TOMI ELENCHVS.

CVnabula grammaticæ artis Donati. Pagina 1
De octo partibus orationis, liber. 14
De arte metrica, liber. 25
De ſchematibus Scripturæ, liber. 42
De tropis ſacræ ſcripturæ, liber. 47
De orthographia, liber. 53
De Arithmeticis numeris, liber. 72
De computo dialogus. 85
De diuiſionibus temporum, liber. 89
De arithmeticis propoſitionibus. 100
De ratione calculi. 111
De numerorum diuiſione 123
De loquela per geſtum digitorum, libellus. 127
Brideferti Rameſienſis in eundem libellum commentariolus. 128
Ioannis Nouiomagi ſcholia in eundem. 129
De ratione vnciarum, libellus. 141
Bridferti commentariolus in eundem. 142
De argumentis lunæ. 143
Ephemeris, ſiue computus vulgaris. 169
De emboliſmorum ratione computus. 215
Decennouenales circuli. 254
De cyclo paſchali. 321
De mundi cœleſtis terreſtriſque conſtitutione, liber. 324
De muſica theorica. 344
De muſica quadrata, ſeu menſurata. 351
De circulis ſphæræ, & polo. 365
De planetarum & ſignorum cœleſtium ratione. 369.
De tonitruis, libellus. 387
Prognoſtica temporum. 390
De menſura horologij, libellus. 393
De aſtrolabio, libellus. 394
De natiuitate infantium, libellus. 397
De minutione ſanguinis, libellus. 398
De ſeptem mundi miraculis, libellus. 401
Hymni. 407
De ratione computi, libellus. 418

SECVNDI TOMI *Elenchus.*

DE natura rerum. liber.
De temporum ratione, liber.
De ſex ætatibus mundi: ſiue Chronica, libellus.
De temporibus, liber.
Sententiæ ex Ariſtotele.
Sētētiæ ex Cicerone, ſiue axiomata philoſophica.
Prouerbiorum liber.
De ſubſtantijs.
περὶ διδάξεων, ſiue elementorum philoſophiæ libri quatuor.
De Paſchæ celebratione, ſiue de æquinoctio vernali, liber.
De diuinatione mortis & vitæ, epiſtola.
De arca Noe. De linguis gentium.
Sibyllina oracula.

TERTII TOMI *Elenchus.*

GEntis Anglorum Eccleſiaſtica hiſtoria, libri quinque.
Epitome eiuſdem hiſtoriæ.
Vita D. Cuthberti.
Vita D. Felicis.
Vita D. Vedaſti.
Vita D. Columbani.
Vita D. Attalæ.
Vita D. Patricij, libri duo.
Vita D. Euſtaſij.
Vita D. Bertolfi.
Vita D. Arnolfi.
Vita D. Burgundoforæ.
Iuſtini martyrium, carmine.
Martyrologium.
De ſitu vrbis Hieruſalem.
Interpretatio nominum Hebraicorum & Græcorum in ſacris Biblijs.
Excerptiones & Collectanea quædam.

QVARTI TOMI *Elenchus.*

HExameron.
In Geneſin expoſitio.
In Exodum Explanatio.
In Leuiticum explanatio.
In librum Numeri explanatio.
In Deuteronomium explanatio.
In Samuelem prophetam allegorica expoſitio, libri quatuor.
In libros Regum, quæſtiones.
In Eſdram & Neemiam prophetam, allegorica expoſitio, libri tres.
In librum Tobiæ expoſitio allegorica.
In Iobum expoſitio, libri tres.
In Parabolas Salomonis expoſitio, libri tres.
In cantica canticorum expoſitio, libri ſeptem.
De tabernaculo & vaſis eius, ac veſtibus ſacerdotum, libri duo.

QVINTI TOMI *Elenchus.*

IN Matthæum expoſitio, libri quatuor.
In Marcum expoſitio, libri quatuor.
In Lucam expoſitio, libri ſex.
In Ioannem expoſitio.
In acta Apoſtolorum expoſitio.
De nominibus locorum vel ciuitatum, quæ in libro actuum Apoſtolorum leguntur.
In D. Iacobi epiſtolam expoſitio.
In primam D. Petri epiſtolam expoſitio.
In ſecundam eiuſdem epiſtolam expoſitio.
In primam B. Ioannis epiſtolam expoſitio.
In ſecundam eiuſdem epiſtolam expoſitio.
In tertiam eiuſdem epiſtolam expoſitio.
In epiſtolam Iudæ Apoſtoli expoſitio.
In Apocalypſim Ioann. Apoſtoli explanatio.

SEXTI TOMI *Elenchus.*

REtractationes in actus Apoſtolorum.
Quæſtiones in acta Apoſtolorum ſex.
In epiſtolam Pauli ad Romanos, expoſitio.
In epiſtolam Pauli priorem ad Corinthios, expoſitio.
In epiſtolam Pauli poſteriorem ad Corinthios, expoſitio.

In epiſtolam Pauli ad Galatas expoſitio.
In epiſtolam Pauli ad Epheſios expoſitio.
In epiſtolam Pauli ad Philippenſes expoſitio.
In epiſtolam Pauli ad Coloſſenſes expoſitio.
In epiſtolam Pauli in priorem ad Theſſalonicenſes, expoſitio.
In epiſtolam Pauli poſteriorem ad Theſſalonicẽſes, expoſitio.
In epiſtolam Pauli primam ad Timotheum, expoſitio.
In epiſtolam Pauli ſecundam ad Timotheum, expoſitio.
In epiſtolam Pauli ad Titum, expoſitio.
In epiſtolam Pauli ad Philemonem, expoſitio.
In epiſtolam Pauli ad Hebræos, expoſitio.
Aniani epiſtola ad Euangelium presbyterum.
Ioannis Chryſoſtomi epiſtola de laudibus beati Pauli Apoſtoli.

SEPTIMI TOMI
Elenchus.

Homiliæ æſtiuales de Tempore, triginta tres.
Homiliæ æſtiuales de Sanctis, triginta duæ.
Homiliæ hyemales de Tempore, quindecim.
Homiliæ Quadrageſimales, viginti duæ.
Homiliæ hyemales de Sanctis, ſedecim.
Sermones ad populum varij.
Scintillæ, ſiue Loci communes.
De muliere forti, libellus.
De officijs, libellus.
Fragmenta quędam in libros Sapientiales, & Pſalterij verſus aliquot.

OCTAVI TOMI
Elenchus.

De templo Salomonis, liber.
De ſex dierum creatione, liber.
Quæſtiones ſuper Geneſim.
Quæſtiones ſuper exodum
Quæſtiones ſuper Leuiticum.
Quæſtiones ſuper librum Numeri.
Quæſtiones ſuper Deuteronomium.
Quæſtiones ſuper librum Ieſu Naue.
Quæſtiones ſuper librum Iudicum.
Quæſtiones ſuper librum Ruth.
Quæſtiones ſuper quatuor libros Regum.
Quæſtionum variarum, liber.
In Pſalmorum librum commentaria.
Vocabulorum Pſalterij expoſitio, item de diapſalmate collectio.
Sermo de eo, quod in Pſalmis legitur: Dominus de cœlo proſpexit, &c.
In Boethij librum de Trinitate, commentarius.
De ſeptem verbis Chriſti, oratio.
Meditationes paſſionis Chriſti per ſeptem diei horas.
De remedijs peccatorum.
Vita Venerabilis Bedæ.
Obitus eiuſdem.

FINIS.

BEDAE PRESBYTERI PRÆFATIO.

ARTIVM Donati liber ita à plerisque vitiatus eſt & corruptus, dum vnuſquiſque pro libitu ſuo, ſiue ex alijs auctoribus, quod ei viſum eſt addidit, ſiue declinationes aut coniugationes & cæterum huiuſmodi inſeruit: vt niſi in antiquis codicibus, vix purus & integer, vt ab eo eſt editus, reperiatur. Quod ne nos quoque feciſſe videamur, qua ex cauſa præſens digeſſerimus Opuſculum, breuiter in liminari paginola exponendum eſſe cenſuimus. Nouerunt omnes qui Artis huius ampliorem, quàm nos ſumus, iam aſſecuti ſunt: quod priorem artem prædictus artigraphus ob inſtructionem puerorum, ſub interrogationis & reſponſionis ſpecie deſcripſerit, prout ſcilicet ingenijs & ſtudijs ſui temporis ſufficere iudicauit. Verùm quia nos noſtriq́; ſimiles adeo obtuſiſſimus & hebetes, vt plerunque, quod regulariter vel interrogare vel reſpondere poſſit, ignoremus: libellum hunc iuxta paruitatem ſenſus noſtri collegimus, acutioribus quidem & capacioribus minime neceſſarium ſimplicioribus vero & minus promptis (quantum exiſtimamus) vtilem, in quo & ordinem præfati artigraphi tam in rogando, quàm in reſpondendo tenuimus, & probationes quaſdam paruulis & incipientibus neceſſarias ex latere copulauimus, & cætera quæ huiuſmodi inſtructio expetere videbatur. Quatenus paruuli bonæ indolis ad iſtius Artis ſe ſtudium conferentes, ea de quibus interrogaturi eſſent & reſponſuri, ipſi ſibi aliquatenus probare, & probando facilius inuenire poſſent, & hoc quaſi ludo exercitati, & exercitio excitati, ad maiora & pleniora capienda, fierent promptiores.

CVNABVLA GRAMMATICÆ ARTIS DONATI, A BEDA RESTITVTA

LIBER PRIMVS.

PARTES orationis quot ſunt? Octo. Quæ? Nomen, Pronomen, Verbum, Aduerbium, Participiũ, Coniunctio, Præpoſitio, Interiectio. Donatus quæ pars orationis eſt? Nomen. Nomen quid eſt? Pars orationis cum caſu, corpus aut rem propriè communiterue ſignificans. Nomini quot accidunt? Sex. Quæ? Qualitas, comparatio, genus, numerus, figura, caſus. Qualitas nominum in quo eſt? Bipartita eſt, aut enim vnius nomen eſt, & proprium dicitur: aut multorum, & appellatiuum eſt. Hoc nomen, proprium an appellatiuum? Proprium. Vnde hoc probas? quia non multorum, ſed vnius eſt. Grammaticus eſt proprium an appellatiuum? Appellatiuum. Vnde hoc probas? Quia non vnius, ſed multorum eſt comparationis. Gradus quot ſunt? Tres. Qui? Poſitiuus, vt doctus: comparatiuus, vt doctior: ſuperlatiuus, vt doctiſſimus. Quæ nomina comparantur? Appellatiua duntaxat qualitatem aut quantitatem ſignificantia. Donatus comparatur, aut non? Nõ. Vnde hoc probas? Quia propria nomina minime comparantur. Bonus comparatur, an nõ? Comparatur. Vnde hoc probas? Quia & appellatiuum eſt, & qualitatem ſignificat. Quomodo? Vt bonus, melior, optimus. Magnus comparatur, an non? Cõparatur. Vnde hoc probas? Quia & appellatiuum eſt, & quantitatem ſignificat. Quomodo? vt magnus, maior, maximus. Stilus comparatur, an non? Non. Vnde hoc? Quia licet appellatiuum ſit, nec qualitatem tamen, nec quantitatem ſignificat. Genera nominum quot ſunt? Quatuor. Quæ? Maſculinum, vt hic magiſter: fœmininum, vt hæc

muſa: neutrum, vt hoc ſcamnum: commune, vt hic & hæc ſacerdos. Eſt præterea trium generum, quod Omne dicitur, vt hic & hæc & hoc felix. Eſt & Epicœnum, id eſt, promiſcuum, vt paſſer, aquila. Donatus, cuius generis nomen eſt? Maſculini. Vnde hoc? Quia numero ſingulari, caſu nominatiuo pronomen ei, vel articulus præponitur hic. Quomodo? vt hic Donatus. Grammatica, cuius generis nomen eſt? Fœminini. Vnde hoc? Quia numero ſingulari, caſu nominatiuo pronomen ei vel articulus præponitur hæc. Quomodo? vt hæc grammatica. Scamnum, cuius generis nomen eſt? Neutri. Vnde hoc? Quia numero ſingulari, caſu nominatiuo pronomen ei vel articulus præponitur hoc. Quomodo? Vt hoc ſcamnum. Sacerdos, cuius generis nomen eſt? Communis. Vnde hoc? quia ſimul maſculinum fœmininumque ſignificat. Quomodo? Vt hic & hæc ſacerdos? Felix, cuius generis nomen eſt? Omnis. Vnde hoc? Quia ſub vna ſignificatione, tria genera comprehendit. Quomodo? Vt hic & hæc & hoc felix. Paſſer, cuius generis nomen eſt? Epicœni. Vnde hoc? Quia ſub vna ſignificatione marem ac fœminam comprehendit. Quomodo? Vt hic paſſer. Stilus fixum, an mobile nomen eſt? Fixú. Vnde hoc? Quia in alterum genus flecti non poteſt. Sanctus, fixum an mobile nomé eſt? Mobile. Vnde hoc? Quia per tria genera moueri poteſt. Quomodo? vt ſanctus, ſancta, ſanctum. Rex, fixum an mobile nomen eſt? Nec in totum fixum, nec in totum mobile. Vnde hoc? Quod in alterum genus flecti poteſt per [illegible], moueri non poteſt. Quomodo? Vt rex regina. Numeri nominum quot ſunt? Duo. Qui? Singularis, vt hic magiſter: pluraliter, vt hi magiſtri. Donatus, cuius numeri nomen eſt? Singularis. Vnde hoc? Quia Donatus cùm dico, vnum [illegible] ſignifico: ſimiliter & de appellatiuis [illegible]. Artes, cuius numeri nomen eſt? Pluralis. Vnde hoc? Quia artes cùm dico, plures non vnam ſignifico.

Figuræ nominum quot ſunt? Duæ. Quæ? Simplex, vt decens, potens: compoſita, vt indecens, impotens. Quot modis nomina componuntur? Quatuor. Quibus? Ex duobus integris, vt ſuburbanus: ex duobus corruptis, vt efficax, municeps: ex integro & corrupto, vt inſulſus: ex corrupto & integro, vt nugigerulus: aliquando ex compluribus, vt inexpugnabilis, imperterritus. Donatus, ſimplex an compoſitum nomen eſt? Simplex. Vnde hoc? Quia neque ex duobus integris, neq; ex duobus corruptis, neq; ex integro & corrupto, neq; ex corrupto & integro, neque ex cõpluribus eſt compoſitum. Suburbanus, ſimplex an compoſitum eſt? Compoſitum. Quomodo? Ex duobus integris. Quibus? Ex ſub præpoſitione, & vrbanus nomine, [illegible] perſeuerát, cùm dicimus ſuburbanus. Municeps, ſimplex an compoſitú nomé eſt? Compoſitú. Quomodo? Ex duobus corruptis, quibus? ex munere nomine, & capio verbo: vtraque enim corrumpuntur cum dicimus municeps. Inſulſus, ſimplex an compoſitum nomen eſt? Compoſitum. Quomodo? Ex integro & corrupto. Quibus? Ex in præpoſitione, & ſalſus nomine: nam ſalſus corrumpitur, cum dicitur inſulſus. Nugigerulus, ſimplex an compoſitum nomen eſt? Compoſitum. Quomodo? Ex corrupto & integro. Quibus? Nugas & gerulus: nam nugas corrumpitur, cum dicimus nugigerulus. Inexpugnabilis, ſimplex an compoſitú nomen eſt? Compoſitum. Quomodo? Ex compluribus. Quibus? In & ex præpoſitionibus, & pugnabilis nomine, & hæc omnia integra perſeuerant, cum dicimus inexpugnabilis. Imperterritus, ſimplex an cõpoſitum nomen eſt? Compoſitum. Quomodo? Ex compluribus. Quibus? In & per præpoſitionibus, & territus participio: [illegible] poſitio corrumpitur, cum dicimus imperterritus. Caſus nominum quot ſunt? Sex. Qui? Nominatiuus, genitiuus, datiuus, accuſatiuus, vocatiuus, ablatiuus. Donatus, cuius caſus nomen eſt? Nominatiui. Vnde hoc? Quia Donatus cum dico, eum [illegible] nomino. Grammatica, cuius caſus nomen eſt? Nominatiui & vocatiui. Vnde hoc? Quia grammatica cum dico, eam rem quæ ſic appellatur aut nomino, aut voco. Et hæc quidem ſimpliciter dicta ſint, ac [illegible] ſententijs & plena oratione, [illegible] expeditior de ceteris caſibus reſponſio eſt, vbi prima & tertia perſona verbi nominatiuum, ſecundum vocatiuum caſum trahit, & verbalia nomina. Alia genitiuo, alia datiuo, alia accuſatiuo, alia ablatiuo caſui copulantur: vt cano ego Virgilius, canit ille Virgilius, cane Virgili: egeo panis, loquor tibi, voco te, doceor à te, oratore magiſtro vtor. Declinantur omnia nomina an non? Non. vnde hoc? quod quædam eorum ſunt indeclinabilia, vt fas, nequam: quædam declinabilia, vt magnus, fortis. Declinabilia nomina variantur omnia per omnes caſus an non? Non. vnde hoc? quod quædam ſunt aptota vt frugi, ſinapi: quędam monoptota, vt cornu, gelu: quædam diptota, vt huius tabi, ab hac tabe: hæc ſors, ab hac ſorte: alia triptota, vt muſa muſæ muſam, alia tetraptota vt ſenatus ſenatui ſenatum à ſenatu, alia pentaptota vt doctus docti docto doctum ô docte, alia hexaptota, vt vnus vnius vni vnum ô vne ab vno. Similiter ſolus. Donatus variatur per omnes caſus an non? Non. quid ergo eſt? pentaptoton. vnde hoc? quia quinque caſibus variatur, [illegible] nominatiuo, genitiuo, datiuo, accuſatiuo, vocatiuo. quomodo? vt hic Donatus huius Donati huic donato hunc donatum ô donate. Cur non annumeras ablatiuum? quia ſimilis eſt datiuo. vnde hoc? ſic enim dicimus in datiuo huic donato, ſic & [illegible] dicimus in ablatiuo ab hoc donato. In hunc modum & de ceteris reſpondendum. Declinabilia nomina [illegible]? quinque. Quæ? prima, ſecunda, tertia, quarta, quinta. Vbi cognoſcitur declinatio? [illegible] caſu ſingulari. Primæ igitur declinationis genitiuus ſingularis in quam ſyllabam deſinit? in æ diphthongum, vt hæc muſa huius muſæ. Secundæ, in i productam, vt hic donatus huius donati. Tertiæ, in is correptam, vt hic pater huius patris. Quartæ, in vs vel in v productam, vt hic ſenatus huius ſenatus, hoc cornu huius cornu. Quintæ, in ei diuiſa, vt hic dies huius diei. Cuius declinationis eſt hoc nomen? Secundæ. Vnde hoc? quia genitiuus eius ſingularis in i productam [illegible]. Quomodo declinatur? [illegible] hic donatus, genitiuo huius donati, datiuo huic donato, accuſatiuo hunc donatum, vocatiuo ô donate, ablatiuo ab hoc donato. Cur non declinas pluraliter? quia propria nomina, pluralem numerum non recipiunt. Grammatica, [illegible] declinatur? Nominatiuo hæc Grammatica, genitiuo huius grammaticæ, datiuo huic grammaticæ, accuſatiuo hanc grammaticam, vocatiuo ô grammatica, ablatiuo ab hac grammatica: & pluraliter nominatiuo hæ grammaticæ, genitiuo harum grammaticarum, datiuo his grammaticis, accuſatiuo has grammaticas, vocatiuo ô grammaticæ, ablatiuo ab his grammaticis. Variatur pluraliter per omnes caſus, an non? Non. quid ergo? tetraptoton. vnde hoc? quia quatuor caſibus variatur, [illegible] nominatiuo genitiuo datiuo & accuſatiuo. quomodo? vt hæ grammaticæ, harum grammaticarum, his grammaticis, has grammaticas. Cur non annumeras vocatiuum? Quia ſimilis eſt nominatiuo. Vnde hoc? Sicut enim dicimus in nominatiuo hæ grammaticæ, ſic dicimus in vocatiuo ô grammaticæ. Cur non annumeras ablatiuum? quia ſimilis eſt datiuo. Vnde hoc? Sicut enim dicimus in datiuo his grammaticis, ſic & [illegible] dicimus in ablatiuo ab his grammaticis. Pax quomodo declinatur? Nominatiuo hæc pax, genitiuo huius pacis, datiuo huic paci, accuſatiuo hanc pacem, vocatiuo ô pax, ablatiuo ab hac pace. Cur non declinatur pluraliter? quia pluralem numerum in vſu non habet. [illegible] tamen cantoribus, quæ ex his ſunt vocales? a & o. Vnde eas probas? Quia & per ſe proferuntur, & per ſe ſyllabam faciunt. Quæ conſonantes? cæteræ omnes. Vnde hoc? Quia per ſe non ſonant, ſed vocalibus conſonant, quæ ſemiuocales? [illegible] & s. Vnde hoc? Quia per ſe proferuntur, ſed per ſe ſyllabam non faciunt. Quæ mutæ? [illegible]. Vnde hoc? Quia nec per ſe proferuntur, nec per ſe ſyllabam faciunt. [illegible] quot literis ſcribitur? quatuor. [illegible] vocales [illegible] e & o. Vnde hoc? quia & per ſe proferuntur, & per ſe ſyllabam faciunt. Cur non annumeras [illegible] quia loco [illegible] ponitur conſonantis. vnde hoc? quia cum altera vocali iungitur. Virtus quot literis ſcribitur? quinque. quæ ſunt [illegible] vocales? i & u poſterior. vnde hoc? quia & per ſe proferuntur, & per ſe ſyllabam faciunt. Cur non annume-

ras u pr iorem. quia loco eſt poſita conſonantis. vnde hoc? quia cum alia vocali iungitur. Quot ſyllabis conſtat hoc nomen donatus? tribus. antepenultima qualis eſt? longa. natura an poſitione? natura. vnde hoc? quia vocalis tantum in ea producitur. quomodo? vt eſt illud, Donatus fama notus in orbe pia. penultima qualis eſt? ſimilis. & vltima qualis eſt? breuis. vnde hoc? quia & correptam vocalem habet, & non deſinit in duas conſonantes, aut in vnam duplicem, aut in aliquid quod ſit pro duabus conſonantibus. Æs quot ſyllabis conſtat? vna. qualis? longa. Natura an poſitione? natura. Vnde hoc? Quia duæ vocales in ea iunguntur & diphthongum faciunt. quæ? A & E. Arcus quot ſyllabis conſtat? Duabus. Prior qualis eſt? longa. natura an poſitione? poſitione. vnde hoc? quia correpta eius vocalis in duas deſinit conſonantes. Quas? r & c. Axis quot ſyllabis conſtat? Duabus. prior qualis eſt? longa. natura, an poſitione? Poſitione. Vnde hoc? Quia correpta eius vocalis in vnam duplicem deſinit. quam? x. Adiutor & aduena quot ſyllabis conſtant? tribus. Antepenultimæ eorum quales ſunt? longæ. natura an poſitione? Poſitione. Vnde hoc? quia correptæ earum vocales in alteram conſonantem, & alteram vocalem loco conſonantis poſitam deſinũt. quas? d & i, & d & u. Maior quot ſyllabis conſtat? Duabus. Prior qualis eſt? lóga. Natura an poſitione? Poſitione. vnde hoc? Quia correpta eius vocalis in i ſolam loco conſonantis poſitam deſinit. Donatus igitur qui pes eſt? antibacchius. Vnde hoc? Quia ex breui & duabus longis ſyllabis conſtat. Quot temporum eſt? quinque. vnde hoc? quia idem pes totidem tempora occupat. Donatianus qui pes eſt? nullus. vnde hoc? quia tranſcendit numerum quatuor ſyllabarum. quid ergo eſt? Syzigia. Ex quibus pedibus fit? Ex ſpondeo & amphibrachi. vnde hoc? quia duæ ſyllabæ longæ in principio ſitæ, ſpondeum faciunt. Sequentes tres, quarum prima & vltima breues, media longa eſt, amphibrachim reddunt. Quot temporum eſt? octo. vnde hoc? quia idem pedes in ſinzigia coeuntes, totidem tempora occupant. Æs, qui pes eſt? nullus. vnde hoc? quia ex vna ſyllaba pes nunquam fit. quot temporum eſt duorum. vnde hoc? quia longa ſyllaba duo tempora habet. Donatus, quo accentu pronuntiandum eſt? Circumflexo. vnde hoc? quia in triſyllabis & tetraſyllabis & deinceps, ſi vltima breuis fuerit, penultima vero natura longa, penultima circumflectenda eſt. quomodo? vt Donatus. Fax, quo accentu pronuntiandum eſt? acuto. vnde hoc? quia monoſyllaba, quæ correptam vocalem habent, acuto accentu pronũtianda ſunt. quomodo? vt ſix. Res, quo accentu pronuntiandum eſt? Circumflexo. vnde hoc? Quia monoſyllaba, quę productam vocalem habent, circumflexo accẽtu pronuntianda ſunt. quomodo? vt res. Meta, quo accentu pronuntiãdum eſt? Circumflexo. vnde hoc? Quia in diſſyllabis quæ priorem productam habuerunt, & poſteriorem correptam prior ſyllaba circumflectenda eſt. quomodo? vt meta. Nepos, quo accentu pronuntiandum eſt? acuto. vnde hoc? quia in diſſyllabis ſi poſterior producta fuerit, prior ſyllaba acuenda eſt, ſiue illa correpta fuerit, ſiue producta. quomodo? vt nepos. Bonus, quo accentu pronunciandum eſt? acuto. Vnde hoc? quia in diſſyllabis ſi breues ambæ fuerint, ſyllaba prior acuenda eſt, quomodo? vt bonus. Tullius, quo accentu pronuntiandum eſt? acuto. Vnde hoc? Quia in triſyllabis & tetraſyllabis & deinceps, ſi penultima correpta fuerit, antepenultima acuenda eſt. quomodo? vt Tullius. Metellus, quo accentu pronunciãdum eſt? Acuto. vnde hoc? quia in triſyllabis & tetraſyllabis & deinceps, ſi penultima poſitione longa fuerit, ipſa acuenda, & antepenultima graui accentu pronuncianda eſt. quomodo? vt Metellus. Latebræ quo accentu pronunciandum eſt? Acuto. Vnde hoc? quia in triſyllabis & tetraſyllabis & deinceps, ſi penultima poſitione longa ex muta & liquida fuerit, antepenultima acuenda eſt. quomodo? vt latebræ. Micenæ, quo accentu pronunciandum eſt? eſt? Acuto. Vnde hoc? Quia in triſyllabis & tetraſyllabis & deinceps, ſi tam penultima quam vltima natura longa fuerit, penultima acuenda eſt. quomodo? vt Micenæ.

EGo, quæ pars orationis eſt? Pronomen. Pronomen quid eſt? Pars orationis quæ pro nomine poſita tantundem pene ſignificat, perſonamque interdum recipit. Pronomini quot accidunt? Sex. Quæ? Qualitas, genus, numerus, figura, perſona, caſus. Qualitas pronominum in quo eſt? Bipartita eſt, aut enim finita ſunt pronomina, aut infinita. Quæ ſunt finita? quæ recipiunt perſonas, vt ego tu ille. Quæ ſunt infinita? quæ nõ recipiunt perſonas, vt quiſque. Quod eſt hoc pronomen, finitum an infinitum? Finitum. Vnde hoc? quia recipit perſonam. Quis, finitum an infinitum pronomen eſt? infinitum. Vnde hoc? quia non recipit perſonam. Genera pronominum quæ ſunt? eadem ferè quæ & nominum. maſculinum vt qui, fœmininum vt quæ, neutrum vt quod, commune vt qualis talis, trium vt ego tu. Cuius generis eſt hoc pronomẽ? omnis. Vnde hoc? Quia & pro maſculino & pro fœminino & pro neutro nomine poni poteſt. Quis, cuius generis pronomen eſt? Maſculini. Vnde hoc? quia pro maſculino tãtum nomine poni poteſt. Quæ, cuius generis pronomen eſt? fœminini. Vnde hoc? Quia pro fœminino tantùm nomine poni poteſt. Quid, cuius generis pronomen eſt? neutri. Vnde hoc? quia pro neutro tantum nomine poni poteſt. Qualis, cuius generis pronomen eſt? Communis. Vnde hoc? quia & pro maſculino & pro fœminino genere nominis poni poteſt. Ego, fixum an mobile pronomen eſt? fixum. Vnde hoc? quia in alterum genus flecti non poteſt. Ille, fixum an mobile pronomen eſt? mobile. vnde hoc? quia per tria genera moueri poteſt. quomodo? vt ille illa illud. Talis, fixum an mobile pronomen eſt? Nec in totum fixum, nec in totum mobile. Vnde hoc? quia in alterum genus flecti poteſt, per tria genera moueri non poteſt. quomodo? vt hic talis & hoc tale. Numeri pronominum quot ſunt? duo. qui? ſingularis, vt hic: pluralis, vt hi. Cuius numeri eſt hoc pronomen? ſingularis. Vnde hoc? quia pro ſingulari tantùm nomine poni poteſt. Nos, cuius numeri pronomẽ eſt? pluralis. Vnde hoc? quia plurali tantum nomine poni poteſt. Sui, cuius numeri pronomé eſt? vtriuſque. Vnde? quia & pro ſingulari, & pro plurali nomine poni poteſt. Figuræ pronominum quot ſunt? duæ. Quæ? ſimplex, vt quot: compoſita, vt quotquot. Eſt hoc pronomen ſimplex, an compoſitum? ſimplex eſt. Vnde hoc? quia neque ex duobus integris, neque ex duobus corruptis, neque ex integro & corrupto, neque ex corrupto & integro, neque ex compluribus eſt compoſitum. Quiſque, ſimplex an compoſitum pronomen eſt? compoſitum. Quomodo? ex duobus integris. Quibus? quis & que pronominibus: vtraque enim integra perſeuerant, cum dicimus quotquot: ſimiliter & de cæteris ad formam nominum reſpondendum eſt. Perſonæ pronominum quot ſunt? tres. Quæ? prima, vt ego: ſecunda, vt tu: tertia, vt ille. Cuius perſonæ eſt hoc pronomen? primæ. Vnde hoc? quia ego, cum dico, non te vel alium, ſed me ſignifico. Tu, cuius perſonæ pronomen eſt? ſecundæ. Vnde hoc probas? quia tu, cum dico, non me vel alium, ſed te ſignifico. Ille, cuius perſonæ pronomen eſt? tertiæ. Vnde hoc? quia ille, cùm dico, non me vel te, ſed alium ſignifico. Caſus item pronominum quot ſunt? ſex, quemadmodum nominum. Cuius caſus eſt hoc pronomen? Nominatiui. Vnde hoc? quia pro nominatiuo tãtum caſu nominis poni poteſt. Tu, cuius caſus pronomen eſt? Nominatiui & Vocatiui. Vnde hoc? quia & pro nominatiuo & pro vocatiuo caſu nominis poni poteſt.

Inueniuntur formæ caſuales in Pronominibus an nõ? Inueniuntur. Vnde hoc? quia alia eorum ſunt non optata, vt eccum, ellum: alia triptota, vt ſui, ſibi, ſe: alia tetraptota, vt meus, mei, meæ, meum: alia pentaptota, vt ille, illius, illi, illum, ab illo. Cur non annumeras diptota & hexaptota? quia nulla eiuſdem modi reperiuntur pronomina. Quid igitur eſt hoc pronomẽ? tetraptotum. Vnde hoc? quia quatuor caſibus variatur. Quibus? nominatiuo, genitiuo, datiuo, accuſat. Cur non annumeras ablatiuum? quia ſimilis eſt accuſatiuo. Vnde? ſicut enim dicimus in accuſatiuo me, ſic etiam dicimus in ablatiuo à me. Similiter & de cæteris, ſicut in nomine reſpõdendum. Quot declinationibus pronomina inflectuntur? quatuor. Quibus? prima, ſecũda, ter-

tia, quarta. Quot earum in quibus pronominibus cognoſcuntur? duæ in primitiuis, & duæ in deriuatiuis. Primitiua pronomina quot ſunt? ſeptem. Quæ? meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, noſtras & veſtras. Primæ igitur pronominis declinatio quæ eſt? Cuius genitiuus & datiuus i finitur: accuſatiuus & ablatiuus, e producta. Quomodo? vt mei, mihi, me, à me: tui, tibi, te, à te: Sui, ſibi, ſe, à ſe: nec inueniuntur plura huius declinationis pronomina. Secunda quæ eſt? cuius genitiuus huius, datiuus i litera terminatur per tria genera: excepto huic, quod differentiæ cauſa c accipit in datiuo, ne ſi hui diceremus, non pronomen, ſed interiectio putaretur. Quomodo? vt Ille, illius, illi: Iſte, iſtius, iſti: Ipſe, ipſius, ipſi: Hic, huius, huic: Is, eius, ei: Quis, cuius, cui: Totus, totius, toti: nec inueniuntur plura huius declinationis pronomina. Tertia quæ eſt? cuius genitiuus in maſculino, ſecundæ nominis declinationem ſequitur: in fœminino, primam: in neutro, iterum ſecúdam. Quomodo? Sic. Meus, mei, mea, meæ, meum, mei: Tuus, tui, tua, tuæ, tuum, tui: Suus, ſui, ſua, ſuæ, ſuum, ſui, & ſimiliter reliqua. Quarta quæ eſt? Cuius inflexio, tertiæ nominis declinationem ſequitur. Quomodo? vt Noſtras, noſtratis: Veſtras, veſtratis: Cuias, cuiatis. Pronomina finita ſunt tria, ego, tu, ille: Minus quàm finita, ſeptem: ille, ipſe, iſte, is, hic, idem, ſui. Infinita quinque, quis, qualis, quantus, quotus, quot. Relatiua infinitorum, talis, tantus, totus, tot: & ſeptem minus quàm finita, quæ ſunt infiniti pronominis reſponſiua. Poſſeſſiua ſeptem, meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, noſtras & veſtras. Pronomina a finita, fœminina ſunt omnia, & tam ſecundæ quàm tertiæ declinationis: vt illa, ipſa, iſta, ea, quanta, quota, tota, mea, ſua, noſtra, veſtra. E finita, maſculina ſunt omnia, & ſecundæ declinationis: vt ille, ipſe, iſte. I finitum vnum inuenitur, Sui: quod eſt omnis generis, & primæ declinatiõis. V finitum vnum inuenitur, Tu, quod eſt omnis generis & primæ declinationis. As finita tria inueniuntur, noſtras, veſtras, cuias, quæ ſunt omnis generis & quartæ declinationis. Quorum neutrum e finitur. Is finita quatuor inueniuntur, is, quis, qualis, talis, & ſunt quartæ declinationis: ſed is & quis maſculina: qualis & talis cõmunia ſunt, & neutrum in e mittunt. Vs finita ſeptem: quãtus, quotus, tantus, totus, meus, tuus, ſuus, quæ ſunt omnia maſculina, mobilia per tria genera: ſed quantus, quotus, tantus, meus, tuus, ſuus, tertiæ: totus ſecundæ eſt declinationis. C finitum vnum inuenitur, maſculinum, hic: vnum fœmininum, hæc: vnum neutrum, hoc: & differentiæ cauſa c, indicatiuo accipiunt. D finita quatuor: illud, iſtud, id, quod, & ſunt ſecundæ declinationis. M finita tredecim, idem, ipſum, quantum, quotum, tantum, totum, meum, tuum, ſuum, noſtrum, veſtrum, eccum, ellum: & ſunt tertiæ declinationis, excepto totum, quod eſt ſecundæ, & eccum ellum, quæ minimè declinantur, & accuſatiua tantum ſingularem ac pluralem habent. Er finita duo, noſter, veſter, quæ ſunt tertiæ declinationis. T finita duo, quot, tot, quæ ſunt omnis generis, & nullius declinationis. Quęcunq; verò præter hæc pronomina inuenta fuerunt, ab his compoſita ſunt, & eorũ regulas ſequi debent. Primæ perſonæ vnũ, Ego: ſecundę vnum, Tu. reliquę tertię ſunt: exceptis meus, noſter, primæ: tuus, veſter, ſecundæ perſonæ poſſeſſiua.

Doceo quę pars orationis eſt? Verbum. Verbum quid eſt? Pars orationis cum tempore & perſona, ſine caſu, aut agere aliquid aut pati, aut neutrum ſignificans. Verbo quot accidunt? ſeptem. Quæ? qualitas, coniugatio, genus, numerus, figura, tempus, perſona. Qualitas verborũ in quo eſt? in modis & formis. Modi qui ſunt? indicatiuus vt lego: imperatiuus vt lege: optatiuus vt vtinam legerem: coniunctiuus cum legam: infinitiuus legere: impersonalis legitur. Cuiuſmodi eſt hoc verbũ? indicatiui. Vnde hoc? quia doceo cùm dico, me aliquid docere indico. Doce, cuius modi verbum eſt? imperatiui. vnde hoc? quia doce cùm dico, tibi vt aliquid doceas impero. Vtinam docerem cuius modi verbũ eſt? optatiui. vnde hoc? quia vtinam docerem cum dico, vt aliquid doceam opto. Cum doceam cuius modi verbũ eſt? coniũctiui. vnde hoc? quia cùm doceam, quando dico, vt plenũ ſenſum efficiã, neceſſe eſt vt huic verbo aliũ modũ coniungam, quomodo? vt cum doceam, diſcis. Docere, cuius modi verbũ eſt? infinitiui. Vnde hoc? quia docere cum dico, nec numerũ nec perſonã definio, niſi alio modo addito, vtrunq; diſtinguam: vt docere volo, vis, vult: docere volumus, vultis, volunt. Docetur, cuius modi verbũ eſt? impersonalis. vnde hoc? quia docetur cũ dico, à qua perſona aliquid doceatur nõ definio, niſi additis pronominibus dicam: docetur à me, à te, ab illo: à nobis, à vobis, ab illis. In hunc modũ de omnib. verbis per cæteros numeros & perſonas & tempora, facile reſpõderi poteſt, quod à nobis ſtudio breuitatis omiſſum eſt. Formæ verborum quot ſunt? quatuor. quæ? perfecta, vt lego: meditatiua, vt lecturio: frequentatiua, vt lectito: inchoatiua, vt feruesco, calesco. Cuius formæ eſt hoc verbũ? perfectæ. Vnde hoc? Quia doceo cùm dico, neq; meditationẽ, neq; frequentationem, neq; inchoationẽ actionis, ſed abſolutè præſentem actionẽ ſignifico. Doceor cuius formæ verbũ eſt? perfectæ. vnde hoc? quia doceor cum dico, neq; meditationem, neq; inchoationem paſſionis, ſed præſentẽ paſſionẽ ſignifico. Lecturio, cuius formæ verbũ eſt? meditatiuæ. vnde hoc? quia in urio definit, & meditationẽ futuræ actionis ſignificat. Lectito, cuius formæ verbũ eſt? frequentatiuę. vnde hoc? quia in tito definit, & frequentiã actionis ſignificat. Feruesco, cuius formæ verbum eſt? inchoatiuæ. vnde hoc? quia in ſco definit, & feruoris inchoationem ſignificat: quæ omnia facilius dignoſcũtur, ſi ſingularũ formarũ terminationes diligentius memoriæ cõmendentur. Eſt ergo meditatiuę formę vna tantum terminatio, urio, vt eſurio, lecturio, parturio. Frequẽtatiuæ, quatuor in to, vt clamito: in ſo, vt inerſo: in xo, vt nexo: in tito, vt lectito, dictito. Inchoatiuæ, vna ſolummodo ſco, vt floreſco, vireſco: quæcunq; aut verba huiuſmodi terminationib. & ſignificationib. carẽt, perfectæ formæ abſq; omni ambiguitate pronuntianda ſunt. Coniugationes verborũ quot ſunt? tres. quæ? prima, ſecunda, tertia. Prima quæ eſt? quæ in indicatiuo modo tẽpore pręſenti, numero ſingulari, ſecunda perſona, verbo actiuo & neutrali, a productũ habet ante nouiſſimam literã: vt amo amas: Paſſiuo communi & deponenti antepenultimam ſyllabam: vt amor, amaris. Et futurũ tempus eiuſdem modi, in bo & in bor ſyllabã mittit: vt amo, amabo: amor, amabor. Secunda quæ eſt: quæ indicatiuo modo, tempore pręſenti, numero ſingulari, ſecunda perſona, verbo actiuo & neutrali e productam habet ante nouiſſimã literã. Paſſiuo cõmuni, & deponenti, ante nouiſſimã ſyllabam: vt doceo, doces: doceor, doceris. Et futurũ tempus eiuſdem modi in bo & in bor ſyllabam mittit, vt doceo, docebo: doceor, docebor. Tertia quæ eſt? Quæ in indicatiuo modo, tempore præſenti, numero ſingulari, ſecunda perſona, verbo actiuo & neutrali, i correptã habet, vel i productam, antè nouiſſimam litera. Paſſiuo cõmuni & deponenti pro i litera, e correptam habet: vel i productam antè nouiſſimã ſyllabã, vt lego, legis: legor, legeris: audio, audis: audior, audiris. Et futurum tẽpus eiuſdem modi in am & in ar ſyllabam mittit, vt lego, legam: legor, legar: audio, audiam: audior, audiar. Vbi diſcerni poteſt, vtrũ i litera correpta ſit an producta? in imperatiuo & infinitiuo. Quomodo? nam correpta i litera in e conuertitur: producta ſi fuerit, nõ mutatur. Quãdo tertia coniugatio futurũ tempus non in am tantum, ſed etiam in bo mittit. Interdum cum i literam nõ correptam habuerit, ſed productã: vt eo, is, ibo: queo, quis, quibo. Cuius coniugationis eſt hoc verbũ? Secundæ. vnde hoc? quia indicatiuo modo, tẽpore pręſenti, numero ſingulari, ſecunda perſona e productã habet antè nouiſſimam literã, vt doceo, doces. Et futurũ tempus eiuſdẽ modi in bo ſyllabam mittit, vt doceo, docebo. Doceor, cuius cõiugationis verbũ eſt? ſecundæ. vnde hoc? quia indicatiuo modo, tẽpore præſenti, numero ſingulari, ſecunda perſona, e productã habet ante nouiſſimã ſyllabam, vt doceor, doceris: & futurũ tempus eiuſdẽ modi in bor ſyllaba mittit, vt doceor, docebor. Clamo cuius cõiugationis verbũ eſt? primæ. vnde hoc? quia indicatiuo modo, tempore præſenti, numero ſingulari, ſecũda perſona habet ante nouiſſimã literã, vt clamo clamas: & futurũ tẽpus eiuſdẽ modi in bo ſyllabã mittit, vt clamo, clamabo. Clamor cuius coniugationis verbum eſt? eiuſdẽ.

vnde

[illegible] præſenti, [illegible] o [illegible] in ſylla- [illegible] eiuſdem modi [illegible] Sermo [illegible] vnde hoc? quia n- [illegible] ſecunda [illegible] tertia [illegible] in ſyllabam [illegible] hoc verbum [illegible] in hac ver- [illegible] non mutatur [illegible] Numeri [illegible] vnde hoc? [illegible] or in r- [illegible] tantu, ſed [illegible] Genera verborū [illegible] neutra, deponentia, [illegible] in o definunt, & accepta r [illegible] lego legor. Paſſiua [illegible] quæ in r deſinunt, & ea dempta redeunt in actiua, [illegible] quæ in o deſinunt, vt acti- [illegible] litera nō ſunt, vt ſto, curro. Depo- [illegible] in r definunt, ſed ea [illegible] dempta, [illegible] vt luctor loquor. Communia quæ [illegible] in r literam ſimiliter deſinunt vt deponentia, ſed in duas formas cadunt, patientis & agentis, vt oſculor, cri- [illegible] oſculor à te: criminor te, cri- [illegible] à te. Cuius generis eſt hoc verbū actiui. vnde hoc? quia in o deſinit, & accepta r litera facit ex ſe paſſiuum, vt [illegible] Doceor cuius generis verbum eſt? paſſiui. [illegible] in r deſinit, & ea dempta redit in actiuum, vt [illegible] cuius generis verbum eſt? neutri. vnde [illegible] in o deſinit, vt actiuū, ſed accepta r litera, latinum [illegible] ſtor non dicimus. Loquor [illegible] deponentis. vnde hoc? quia in r deſinit, ſed ea dempta, [illegible] non eſt: loquor [illegible] dicimus. Criminor cuius generis verbum eſt? communis. [illegible] in r ſimiliter deſinit vt deponens, ſed in duas formas cadit, patientis & agentis: vt criminor te, criminor [illegible] Numeri verborum quot ſunt? duo. [illegible] ſingularis [illegible] pluralis, vt legimus. Cuius numeri eſt [illegible] ſin- gularis. vnde hoc? quia doceo cum dico, me [illegible] modo a- liquid docere ſignifico. Docemus cuius numeri eſt? plura- lis. [illegible] quia docemus cum dico, nos plures aliquid docere [illegible] ſignifico. Figuræ verborū quot ſunt? [illegible] ſimplex [illegible] compoſita vt negligo. Quot modis verba compo- [illegible] quatuor. quibus? ex duob. integris, vt perlego: ex duob. corruptis, vt efficio: ex integ. & corrupto, vt deficio [illegible] corrupto & integ. vt offero: aliquādo ex complurib. vt [illegible] linquo. [illegible] hoc verbum ſimplex an compoſitum [illegible] vnde hoc? quia neq; ex duob. integris, neq; ex duob. corruptis: neq; ex integro & corrupto: neq; ex corrupto & integro: neq; ex complurib. eſt cōpoſitum. Perlego ſim- plex [illegible] cōpoſitum eſt cōpoſitum. quo? ex duob. integris. [illegible] præpoſitione, & lego verbū: vtraq; [illegible] n. integra [illegible] perlego. In hunc modū & de cæ- [illegible] eſt. Tempora verborū quot ſunt? tria. [illegible] lego: præteritum vt legi, futuru vt legam. Quot [illegible] tempora in declinatione verborū? quinq;. quæ? præſens vt lego [illegible] imperfectum vt legebam: præt. [illegible] plusquamperf. vt legera: futurū vt legā. [illegible] eſt hoc verbū præſentis. vnde hoc probas? quia doceo cum dico, me in præſenti aliquid docere ſigni- fico. Porrò & de cæteris temporib. congrua reſpōſio fieri [illegible] ſed facilè ex ipſa ſui diuerſitate & propr [illegible] cognoſci poſ- ſunt. Perſonæ verborū quot ſunt? tres. quæ? prima vt lego: ſecunda vt legis: tertia vt legit. Cuius perſonæ eſt hoc ver- bum [illegible] primæ, vnde hoc probas? quia doceo cum dico, me a- liquid docere ſignifico. Doces cuius perſ. verbū eſt? ſecun- dæ. vnde hoc probas? quia doces cum dico, te aliquid docere ſignifico. Docet cuius perſonæ verbū eſt? tertiæ. vnde hoc [illegible] cum dico, non me vel te ſed alium quē- [illegible] aliquid ſignifico. [illegible] de hoc accidenti & de [illegible] dumtaxat parte orationis, multo [illegible] quam reſponſum eſt.

Post [illegible] quæ pars orationis eſt? Aduerbium. Aduer- bium [illegible] pars orationis, quæ adiecta verbo, ſignifi- cationem [illegible] atq; implet. Aduerbio quot accidunt? [illegible] comparatio, figura. Significatio aduer- biorum [illegible] ſunt aut loci aduerbia, aut tēporis, & [illegible] Di loci aduerbia [illegible] vel ibi, intus vel foris [illegible] vel inde. Da temporis, vt heri, hodie, nuper. Da [illegible] Negandi [illegible] Affirmandi vt etiā, [illegible] ecce. Optandi, vt vtinā. Hor- tandi [illegible] Interrogandi vt cur, quā- [illegible] vt doctè, pul- chrè [illegible] par [illegible] vt forſitan, for- taſſe [illegible] vobiſcū. Vocādi [illegible] Separandi, vt ſeorſum. Iurā- di vt [illegible] Congregādi vt ſimul, vna. [illegible] fortuitò. Comparandi [illegible] etiam. Cuius ſignificationis eſt hoc aduerbium [illegible] vnde hoc? quia prudenter cum dico, [illegible] ſignifico. quō [illegible] prudenter loquitur. [illegible] aduerbium eſt loci. vnde hoc? quia [illegible] cum dico, [illegible] profectō ſignifico [illegible] Significationes aduerbiorum localium quot ſunt? quatuor. quæ? in loco, vt intus, foris: de loco, vt inde: ad locū, vt [illegible] vt hac, illac. Quid ſignificat hoc aduer- bium [illegible] In hunc modū & de cæteris reſpondendum [illegible] Hodie, cuius ſignificationis aduerbiū eſt? temporis. vnde hoc? quia hodie cum dico, proculdubio tempus ſig- nifico: vt hodie legi. Temporalium aduerbioru differentiæ quot ſunt? tres. [illegible] tempus oſtendunt, vt [illegible] præteritum vt heri: [illegible] futurū vt cras. Quid horū ſignificat hoc aduerbium [illegible] Non, cuius ſignificationis aduerb. eſt? Negandi. vnde hoc? quia non, cum dico, aliquid profectō nego. Quia non feci, non dixi, non volui. Quid- ni, cuius ſignificationis aduerb. eſt? affirmandi. Vnde? quia quidni, cum dico, aliquid profectō affirmo: vt ſi quæratur [illegible] grammaticam, & reſpondeā, quid- ni. En cuius ſignificationis aduerb. eſt? demonſtrandi. Vn- de? quia en cum dico, aliquid profectō demonſtro: vt en a- [illegible] Vtinam cuius ſignificationis aduerb. eſt? optandi. Vnde [illegible] quia vtinam cum dico, aliquid prorſus opto, vt vtinā [illegible] ſim: vtinam pie & benignè viuam. Eia cuius ſignifi- cationis aduerb. eſt? hortandi. Vnde? quia eia cùm dico, ali- quid omnino hortor, vt eia lege. Deinde, cuius ordinis ſi- gnificationis aduerb. [illegible] ordinis. Vnde? quia deinde cum dico, ordinem proculdubio alicuius rei oſtendo: vt ſic di- cam, primū didici figuras literarum, deinde connexiones ſyllabarū, poſtremo legendo notitiam aſſecutus ſum. Cur cuius ſignificationis aduerb. eſt? interrogandi. Vnde? quia cur cū dico, aliquid profectō interrogo, vt cur ita agis? cur ita loqueris? Quaſi, cuius ſignificationis aduerb. eſt? ſimili- tudinis. Vnde? quia quaſi cùm dico, quandā ſimilitudinem induco: vt candet quaſi fax: rubet quaſi roſa: pallet quaſi mortuus: nigreſcit quaſi pix. Multū cuius ſignificationis ad- uerb. eſt? quātitatis. vnde? quia multū cum dico, quantitatē profectò ſignifico, vt multū legit, multū didicit, multum nouit. Forſitan cuius ſignificationis aduerb. eſt? dubitandi. vnde? quia forſitan cùm dico, dubitare me aliquid oſtēdo: vt forſitan melius [illegible] puſerit: forſitan lætiores dies venturi ſunt. Mecum, cuius ſignificationis aduerb. eſt? perſonalis. vnde? quia ad primā perſonā refertur: vt mecum legit: ſimi- liter tecum, ad ſecundam, vt tecum habitat: ſecum ad tertiā,

vt ſecum cogitat: [illegible] & in plurali numero ad primam perſonã, vt nobiſcũ viuit: & ad ſecũdam, vt [illegible] diſcit: & ad tertiã, vt hæc [illegible], & ſecu quærunt. Heus, cuius ſignificationis aduerb. eſt? vocandi. Vnde? quia heus cùm dico, aliquẽ pro [illegible] voco: vt heus iuuenis, heus frater. Heu cui' ſignificationis aduerb. eſt? reſpõdendi. vnde? quia heu cum aduerbialiter dico, alicui me vocanti reſpondeo. Seorſum cuius ſignificationis aduerb. eſt? ſeparandi. vnde? quia ſeorſum cùm dico, ſeparatim aliquid fieri oſtendo: vt ſeorſum oues, ſeorſum hirci paſcũtur. Verè cuius ſignif. aduerb. eſt? iurandi. vnde? quia verè cum dico, aliquid iurando affirmo: vt verè ita eſt, verè ita non eſt. Potius cuius ſignif. aduerb. eſt? eligendi. vnde? quia potius cũ dico, aliquid e duobus vel plurib. eligi ſignifico: vt tunicã potius volo quàm pallium: & ſalutẽ potius deſidero quàm diuitias. Simul cuius ſign. aduerb. eſt? congregandi. vnde? quia ſimul cum dico duo aut quædã in vnum conueniſſe, aut conuenturos eſſe ſignifico: vt ſimul venerunt, ſimul apud quemuis [illegible] ſimul diſceſſuri ſunt. Ne cuius ſignif. aduerb. eſt? prohibendi. vnde hoc? quia ne cum dico, aliquid omnino prohibeo: vt ne dixeris, ne loquaris. Forte cui' ſignif. aduerb. eſt? euentus. vnde? quia forte cum dico, aliquid euenire ſignifico: vt dum indicatiuus pergit, forte [illegible] dum celeriter properat, forte dur[illegible]. Magis cuius ſignif. aduerb. eſt? comparandi. vnde hoc? quia magis cum dico, aliqua inter ſe omnino cõparo: vt, [illegible], quam ille eſt: & magis hic quã ille ſapit. Coparatio aduerbiorum in quo eſt? in tribus gradibus cõparationis, poſitiuo, cõparatiuo, ſuperlatiuo. Da aduerbium poſitiui gradus, vt doctè: Comparatiui gradus, vt doctius: ſuperlatiui, vt doctiſſime. Quæ aduerbia cõparãtur? quæ aut ex nomine cõparatiuo veniunt, aut nomen ex ſe cõparatiuum [illegible]: vt doctè: quia venit ex nomine cõparatiuo, quod eſt doctus, facit doctius, doctiſſimè. Et vltra, quia facit nom. comparatiua vlterior vltimus. Comparatur aut vlterius, [illegible]. Cõparatur hoc aduerb. an non? cõparatur. vnde hoc? quia ab eo quod eſt prudens, nomine cõparatiuo venit, comparatur vt prudenter, prudentius, prudẽtiſſime. Ne, cõparatur, an non? non. vnde hoc? quia neq; ex nomine comparatiuo venit, neq; nomen ex ſe cõparatiuum facit. Figuræ aduerbiorum quot ſunt? duæ. quæ? ſimplex, vt docte, prudenter: compoſita, vt indoctè, imprudenter. [illegible] ſimplex an cõpoſitum? ſimplex. vnde hoc? quia neq; ex duob. integris, neq; ex duobus corruptis, &c. [illegible] aduerb. ſiue compoſitis, ſiue ſimplicibus ad formam aliarum partium reſpondendum eſt.

DOcens, quæ pars orationis eſt? Participium. Participium quid eſt? Pars orationis, partem capiens nominis, partẽ verbi: recipit.n. à nomine genera & caſus: à verbo, tẽpora & ſignificationes: ab vtroq; numerum & figuram. Participio quot accidunt? ſex. quæ? genera, caſus, tempora, ſignificatiões, numeros, figuras. Genera participiorũ quot ſunt? quatuor. quæ? maſculinũ vt hic lectus: fœmininum, vt hæc lecta: neutrum vt hoc lectũ: cõmune tribus generibus, vt hic & hæc & hoc legẽs. Cuius generis eſt hoc participiũ? omnis. Vnde hoc? quia omnia participia in ens vel in ans deſinentia, omnis generis habentur? Doctus cuius generis participiũ eſt? maſculini. vnde hoc? quia omnia participia in us deſinentia, maſculini generis habentur. Docta, cuius generis participium eſt? fœminini. vnde? quia omnia participia in a deſinentia, fœminini generis habentur. Doctum cuius generis participiũ eſt? neutri? Vnde hoc? quia omnia participia in um deſinentia, neutri generis habẽtur. Docens fixum an mobile participiũ eſt? Fixum. Vnde hoc? quia in alterum genus flecti non poteſt. Lectus, fixũ an mobile partic. eſt? Mobile. vnde hoc? quia in alterũ genus flecti poteſt: vt lectus, lecta, lectũ, & omnia partic. in us finita, mobilia ſunt. Caſus participiorum quot ſunt? Sex. qui? Nominatiuus, vt hic legens: Genitiuus, vt huius legentis: Datiuus, vt huic legenti: Accuſatiuus, vt hunc legentẽ: Vocatiuus, vt ô legens: Ablatiuus, vt ab hoc legente. Cuius caſus eſt hoc participium? Nominatiui & Vocatiui. Vnde hoc? quia vel ad tertiã, vel ad ſecundã perſonã verbi refertur: vt docẽs proficit, docens proficis. Verũ & in hac parte vt in Pronominibus, ſicut in

Nominibus [illegible] ex aliarum partium [illegible] oratione probantur. Tempora part. [illegible] tria. quæ? præſens, vt legens, præteritum, vt lectus, futurum, vt legendus. Cuius temporis eſt hoc participium? præſentis. vnde hoc? quia omnia participia in ns deſinentia conſonantes, præſentis temporis habentur. Doctus, cuius tẽporis participium eſt? præteriti. vnde hoc? quia omnia participia in tus deſinentia, pariter temporis habẽtur. Similiter in ſus & in xus, vt [illegible], nexus. Docturus, cuius temporis participium eſt? Futuri. Vnde hoc? quia omnia participia in rus deſinentia, futuri item temporis habentur. Similiter in dus, vt legendus, dicendus. Significationes participiorum in quo ſunt? quia ab actiuo verbo duo participia veniunt, præſens & futurũ, vt legẽs, lecturus. A paſſiuo duo, præteritũ & futurũ, vt lectus, legendus. A neutro, duo, ſicut ab actiuo: præſens & futurũ, vt ſtans, ſtaturus. A deponenti tria, præſens, præteritum & futurum, vt loquens, locutus, locuturus. A communi, quatuor: præſens, præteritum, & duo futura, vt criminans, criminatus, criminaturus, criminandus. Cuius ſignificationis eſt [illegible] participium? Actiuæ. Vnde hoc? quia [illegible] eſt [illegible], actiuo verbo, [illegible] & de cæteris ſignificationibus reſpondendum eſt. Numeri participiorum quot ſunt? Duo. Qui? Singularis, vt hic legens: pluralis, vt hi legentes. Cuius numeri eſt hoc participium? ſingularis. vnde hoc? quia docens cum dico, vnum docentem, non plures ſignifico. & docentes cum dico, plures docentes, non vnum ſignifico. Figuræ participiorum quot ſunt? Duæ. Quæ? Simplex, vt legens, [illegible] negligens. [illegible] participium ſimplex, an compoſitum? ſimplex. Vnde hoc? quia neq; ex duobus integris, & cætera, [illegible]. In [illegible] formæ caſuales in Participiis [illegible]. quæ? [illegible] formis & [illegible], vt docta, doctæ, doctam: docto, doctiſ. Participia [illegible] tis, ti, to, tum, te: [illegible] participij, vt legens, tis, ti, tem, [illegible] carent participia. Quot declinationes [illegible] bus, quibus? fœminina omnia prima, maſculina & neutra alia, ſecunda: omnis generis, tertia. De [illegible] Participij, &c.

ASt, quæ pars orationis eſt? Coniunctio. Coniunctio quid eſt? Pars orationis adnectens ordinans [illegible] ſententiam. Coniunctioni quot accidunt? tria. quæ? poteſtas, figura, ordo. Poteſtas coniunctionum quot ſpecies habet? quinque. quas? Copulatiuas, disiunctiuas, expletiuas, cauſales, rationales. Da copulatiuas, &, que, at, atque, [illegible]. Da disiunctiuas, aut, ve, vel, ne, nec, neq;. Da expletiuas, quidem, equidem, ſaltem, videlicet, quamquã, [illegible], autem, porro, porro autem, tamen. Da cauſales, ſi, etſi, etiamſi, [illegible], quando, quandoquidẽ, quin, quinetiam, & quatenus, ſin, ſeu, ſiue, nam, namq;, ni, niſi, niſi ſi, ſi enim, etenim, [illegible], ſed, interea, licet, quamobrem, præſertim, [illegible], alioquin, præterea. Da rationales, ita, itaq;, enim, enimuero, quia, quapropter, quoniã, quoniamquidem, quippe, ergo, ideo, igitur, ſcilicet, videlicet, propterea. Cuius ſpeciei eſt hæc coniunctio? copulatiuæ. vnde hoc? quia copulat tam verba quam ſenſum. Aut, cuius ſpeciei coniunctio eſt? diſiunctiuæ. vnde hoc? quia ſenſum disiungit, licet verba copulet & coniungat. Quidem, cuius ſpeciei coniunctio eſt? expletiuæ. vnde hoc? quia ad explendũ vel ſenſum vel ornatum [illegible] interponitur. Si, cuius ſpeciei coniunctio eſt? Cauſalis. vnde hoc? quia cauſam præcedẽtem ſignificat. Enim cuius ſpeciei coniunctio eſt? Rationalis. vnde hoc? quia rei præcedenti rationem reddit. Figuræ coniunctionum quot ſunt? duæ. quæ? ſimplex, vt nam: compoſita, vt namq;. Et hæc coniunctio ſimplex an compoſita? ſimplex. vnde hoc? quia neq; ex duobus integris, neq; ex duob. corruptis &c. [illegible] ut in aliis partib. demõſtrata ſunt. Ordo coniunctionũ in quo eſt? [illegible] aut præpoſitiuæ coniunctiones ſunt, vt at, [illegible] ſubiunctiuæ, vt que, aũt: aut communes, vt &, igitur. Cuius ordinis eſt [illegible] præpoſitiui. vnde hoc? quia ſemper in oratione præponitur. Que, cuius ordinis coniunctio eſt? ſubiunctiuæ. vnde hoc? quia ſemper in oratione ſub-

[illegible]

[illegible] Quomodo? [illegible] mus cum, di[illegible] [illegible] amplector, congredior. [illegible] aliquam communionem, [illegible] separari potest. Quomodo? vt ad [illegible] non possunt? Apud, & penes. [illegible] an nó? [illegible] potest. Quomodo? vt addo. [illegible] me [illegible]. Habet [illegible] communionem [illegible] nó? Habet [illegible] & iungi[illegible] propositiones [illegible]. Ad, vt ad[illegible], [illegible] contra, [illegible] per, vt [illegible] post, [illegible], vt [illegible] possunt? [illegible] Apud, a[illegible] [illegible] infra, [illegible] penes. Sed [illegible] Do[illegible] [illegible] cætera [illegible] præter [illegible] [illegible] & pleræq; earum [illegible] & [illegible] ad [illegible], ne [illegible] [illegible] ra, c[illegible] [illegible] nomen citerior, citimus deriua[illegible] [illegible], extimus. vnde & nomen ex[illegible] [illegible] deriuatur. Similiter suprà, su[illegible] [illegible] nomen superior, [illegible] [illegible] tur, vt citra [illegible] iuxta sedet, propè incedit, [illegible] & iubet [illegible] morari, [illegible]. Denique aduersum & secundum, [illegible] vel præpositionum [illegible] partem pleriq; a [illegible] [illegible], vt & præpositio[illegible] [illegible] frequentia trans[illegible] [illegible] iungi possunt, [illegible] ab, vt ab[illegible] abs, vt abstraho: de, [illegible] ex, vt [illegible] protego: pro, [illegible] non possunt, [illegible] cum, coram, [illegible]. Quæ [illegible] desiderat, [illegible] aduerbijs [illegible] legat Prisciani [illegible] tractatum. Item [illegible] præpositionibus [illegible] iungi [illegible] vt [illegible] sub, vt subsisto: [illegible] super, [illegible].

E[illegible] quæ pars [illegible]? Interiectio: Interiectio quid est? Pars orationis significans mentis affectum vo[illegible] [illegible]. Interiectioni [illegible] accidit? Tantum significa[illegible] [illegible]? Quia aut lætitiam significamus, vt euax: aut dolorem, vt heu: aut ad[illegible] [illegible], vt pape: aut metum, vt atat, & his similia. [illegible] significationis [illegible] in [illegible]? Lætandi. Vnde [illegible]? Quia euax, [illegible] signi[illegible] [illegible]. Heu, cuius [illegible] interiectio est? Dolendi. Vnde [illegible]? Quia heu [illegible], dolere nos prorsus signi[illegible] [illegible]. Pape, cuius [illegible] interiectio est? Admirandi. Vnde [illegible]? quia pape [illegible] profecto mi[illegible] [illegible]. Atat, cuius [illegible] interiectio est? Metuendi. Vnde [illegible]? quia atat [illegible] nos metuere [illegible]. Sunt & aliæ [illegible] signi[illegible] [illegible], quæ tamen [illegible] per[illegible] [illegible] sonis [illegible] loquuntur.

BEDÆ PRESBYTERI

DE OCTO PARTIBVS ORATIONIS LIBELLVS.

PARTES orationis sunt octo. Nomen, pronomen, verbum, aduerbium, participium, coniunctio, præpositio, interiectio. Ex his duæ sunt principales [illegible] nomen, [illegible] [illegible] merant, Græci [illegible] Multi plures, multi pauciores partes orationis putant. [illegible] ex [illegible] tres

ſunt, quæ ſex caſibus inflectuntur: Nomen, pronomen & participium. Nomen, eſt pars orationis, cum caſu corpus aut rem, propriè communiterve ſignificans. Propriè, vt Roma, Tiberis: cõmuniter, vt, vrbs, flumen. Nomini accidunt ſex: qualitas, comparatio, genus, numerus, figura & caſus. Nomen, vnius nominis appellatio, multorum vocabulum eſt rerum, ſed modò nomina generaliter dicimus. Qualitas nominum bipartita eſt: aut enim propria ſunt nomina, aut appellatiua. Propriorum nominum, ſecundum Latinos, quatuor ſunt ſpecies: Prænomen, nomen, cognomen, agnomen, vt, Publius Cornelius Scipio Africanus. Communia prænomina aut ſingulis literis notantur, vt C. Cæſar, L. Catilina: aut binis, vt Gn. Pompeius: aut trinis, vt, Sex. Roſcius. Appellatiuorum multæ ſunt ſpecies: alia enim ſunt corporalia, vt pietas, iuſtitia, dignitas: alia ſunt primæ poſitionis, vt mons, ſchola: alia deriuatiua, vt, montanus, ſcholaſticus: alia diminutiua, vt, monticulus. Diminutiuorum nominum tres ſunt gradus, quorũ forma quo magis minuitur, creſcit ſæpe numerus ſyllabarum. Sunt etiam quædam diminutiua, quorum origo non cernitur, vt fabula, macula, tabula, vinculũ. Sunt nomina tota Græcæ declinationis, vt Temeſto, Calypſo, Pan. Sunt tota cõuerſa in Latinam regulam: Polydectes, Pollux, Odyſſeus, Vlyſſes. Sunt inter Græcã Latinamq; formam, quæ notha appellantur, vt Achilles, Agamemnon. Sunt alia nomina, quæ vna appellatione plura ſignant, vt nepos, acies, aries. Sunt etiam alia ſynonyma vel polyonymata, vt, terra, humus, tellus: enſis, mucro, gladius. Alia patronymica, vt Pelides, Atrides. hæc & ab auis & patribus ſæpe fiunt. In his quæ Græca ſunt, ſiue maſcula, ſiue fœmina fuerint, Græcam magis ſeruabimus regulam. Alia horum maſcula, aut in des exeunt, vt Atrides, ab Atreo: aut in ius, vt Peleus, à Peleo: aut in ion, vt Nereion, à Nereo. Fœminina autem in is exeunt, vt Atreis: aut in as, vt Pelias: aut in ne, vt Nerine. Sunt alia thetica, id eſt poſſeſſiua, quæ in ius exeunt, vt, Euandrius enſis, Agamemnoniæ Mycenæ: alia mediæ ſignificationis, & adiecta nominibus, vt, magnus, fortis. Dicimus enim, magnus vir, fortis exercitus. Hæc etiam epitheta dicuntur. Alia qualitatis, vt bonus, malus: alia quantitatis, vt magnus, paruus: alia gentis, vt Græcus, Hiſpanus: alia patriæ, vt Thebanus, Romanus: alia numeri, vt, vnus duo: alia ordinis, vt, primus, ſecundus. ſed primus de multis: de duobus prior dicitur. ſicut & duobus, alterum dicimus: item de multis alium. Sunt alia ad aliquid dicta, vt pater, frater: ſunt alia ad aliquid quodãmodo ſe habentia, vt dexter, ſiniſter. Hæc & cõparatiuũ gradũ admittunt, vt dexterior, ſiniſterior. Sunt alia generalia, vt corpus: alia ſpecialia, vt lapis, homo, lignum: alia facta de verbo, vt doctor, factor, lector: alia ſimilia participijs, vt demens, ſapiens, potens: alia verbis ſimilia, vt comedo, palpo, contẽplator, ſpeculator.

Comparationis gradus ſunt tres: poſitiuus, comparatiuus, & ſuperlatiuus. Poſitiuus, vt fortis: comparatiuus, vt fortior: ſuperlatiuus, vt fortiſſimus. ſed comparatiuus gradus, generis eſt ſemper communis. Comparantur autem nomina, quæ aut qualitatem, aut quantitatem ſignificant: ſed non omnia nomina per omnes gradus exeunt. aliàs enim poſitiuus tantùm inuenitur, vt mediocris. aliàs poſitiuus & comparatiuus tantùm, vt ſenex ſenior, iuuenis iunior: alias poſitiuus & ſuperlatiuus, vt pius, piiſſimus. nam pro ſecundo gradu, magis aduerbium ponitur, vt magis pius: aliàs comparatiuus & ſuperlatiuus, vt vlterior, vltimus. aliàs ſuperlatiuus tantum, vt nouiſſimus. Extra hãc formã ſunt, vt, bonus & malus, & magnus. Dicimus enim, bonus, melior, optimus: malus, peior, peſſimus: magnus, maior, maximus. Comparatio nominum propriè in comparatiuo & ſuperlatiuo gradu eſt conſtituta. nam poſitiuus, perfectus & abſolutus eſt. Sæpe autem comparatiuus gradus præponitur ſuperlatiuo: vt, ſtultior ſtultiſſimo, & maior maximo. Sæpe minus poſitiuo ſignificat, quamuis recipiat comparationem, vt mare Ponticum dulcius, quàm cætera maria. Sæpè idem pro poſitiuo poſitus, minus poſitiuo ſignificat, & nulli comparatur: vt, Iam ſenior, ſed cruda Deo viridiſque ſenectus. Sunt nomina ſignificatione diminutiua, intellectu comparatiua: vt, grandiuſculus, maiuſculus, minuſculus. Comparatiuo, tam, aut minus, aut minime, aut magis, aut maximè addici non oportet: addicuntur autem poſitiuo tantum. Dicimus enim tam malus, minus bonus, minus malus, magis bonus, magis malus, maximè bonus, maximè malus. Comparatiuus gradus ablatiuo caſui adiungitur, vtriuſque numeri: ſed tunc vtimur, cùm aliquem vel alieno, vel ſuo gradui comparamus: vt, Hector fortior Diomede, vel audacior [illegible]. Dicimus, aut fortior hic quàm ille. Superlatiuus autem tantùm genitiuo plurali adiungitur: ſed nunc hoc vtimur, cùm aliquem ſuo gradui comparamus: vt, Hector fortiſſimus Troianorum fuit. plerunque ſuperlatiuus pro poſitiuo ponitur, & nulli comparatur, vt Iupiter optimus maximus. Interdum comparatiuus nominatiuo adiungitur, vt doctior hic, quàm ille. Genera nominum ſunt quatuor: Maſculinum, fœmininum, neutrum, commune. Maſculinum eſt, cui numero ſingulari, caſu nominatiuo, pronomen vel articulus præponitur hic. vt, hic magiſter. Fœmininum eſt, cui numero ſingulari, caſu nominatiuo, pronomen vel articulus præponitur hæc: vt, hæc muſa. Neutrum eſt, cui numero ſingulari, caſu nominatiuo, pronomen vel articulus præponitur hoc: vt, hoc ſcamnum. Commune eſt, quod ſimul maſculinum fœmininumque ſignificat: vt, hic & hæc ſacerdos. Sed ex his vel principalia, vel ſola genera duo ſunt: maſculinum & fœmininum. nam neutrum de vtroque negatur. Eſt etiam trium generum commune, quod omnibus dicitur: vt, hic & hæc & hoc felix. Eſt epicœnum, id eſt promiſcuum, quod ſub vna ſignificatione marem & fœminam comprehendit, vt paſſer & aquila. Sunt præterea alia ſono maſculina, intellectu fœminina, vt Eunuchus comœdia, Oreſtes tragœdia, Centaurus nauis: alia ſono fœminina, intellectu maſculina, vt, Feneſtella ſcriptor, Aquila [illegible]: alia ſono neutra, intellectu fœminina, vt Phronium, Glycerium, Sophronium, quę mulieres ſunt: alia ſono fœminina, intellectu neutra, vt poema, [illegible] ſono maſculina, intellectu neutra, vt pelagus, vulgus. Sunt præterea nomina in ſingulari numero alterius generis, & in plurali alterius: vt, balneum, tartarus, cœlum, porrum, cœpe, firmanium. Sunt item nomina incerti generis, inter maſculinum & fœmininum: vt cortex, [illegible], ſilex, finis, ſtirps, pinus, pampinus, dies. Sunt incerti generis inter maſculinum & neutrum, vt [illegible]us, clypeus, vulgus, ſpecus. Sunt nomina incerti generis inter fœmininum & neutrum, vt [illegible], pyrus, prunus, malus: ſed neutro genere fructum, [illegible] ipſas arbores dicimus ſæpe. Sunt etiam genera nominum fixa, ſunt mobilia. Fixa ſunt, quæ in alterum genus flecti non poſſunt, vt pater, mater, frater, ſoror. Mobilia autem, aut propria ſunt, & duo genera efficiunt, vt Caius Caia, Martius Martia: aut appellatiua ſunt, & tria genera faciunt, vt bonus, bona, bonum: malus, mala, malum. Sunt item alia nec in eorum fixa, nec in eorum mobilia: vt draco dracæna, leo leæna, gallus gallina, rex regina. Sunt diminutiua, quæ non ſeruant genera, quæ ex nominibus primæ poſitionis receperunt: vt, ſcutum ſcutella, piſtrinum piſtrilla, canis canicula, rana ranunculus, ſtatua ſtatiuncula. Nomen in a vocalem deſinens, nominatiuo caſu, numero ſingulari, aut maſculinum eſt, vt Agrippa: aut fœmininum, vt Martia: aut neutrum, vt toreuma, ſed tum Græcum eſt: aut commune, vt aduena: aut epicœnum, vt aquila. Nomen in e vocalem deſinens in nominatiuo caſu, numero ſingulari, aut fœmininum eſt, vt Euterpe: aut neutrum, vt ſedile. Nomen in i vocalem deſinens nominatiuo caſu, numero ſingulari, aut neutrum Græcum eſt: vt gummi, ſinapi: aut trium generum, vt abdolon, vt frugi, nihili. Nomen in o vocalem deſinens nominatiuo caſu, numero ſingulari, aut maſculinũ eſt, vt Scipio: aut fœmininum, vt Iuno: aut commune, vt pumilio. Nomen in u vocalem deſinens nominatiuo caſu, numero ſingulari tantum neutrum eſt, vt cornu, genu, gelu. ſed hæc nomina, & quæ in conſonantes deſinunt, diuerſas regulas & multiplices habent. Numeri ſunt duo: ſingularis & pluralis. Singularis, vt hic ſapiens: pluralis, vt hi ſapiẽtes. Eſt & dualis nu-

merus,

[illegible] p[illegible]tell, [illegible] caro. Sunt etiam [illegible] continentia, vt res, [illegible] Sunt [illegible] generis maſculini, vt P[illegible] pluralia, vt [illegible], Quirites. Sunt [illegible] ſingularia [illegible], vt pax, lux. Sūt [illegible] pluralia, [illegible] feriæ, nuptiæ, quadrigæ. Sunt [illegible] ſingularia generis neutri, vt pus, virus [illegible], trium, trinum. hæc & ſimilia [illegible] Sunt [illegible], vt populus, [illegible] pluralia, [illegible] Athenæ, Thebæ, Cumæ. Figuræ non [illegible] Simplex, vt doctus, [illegible] Componuntur [illegible] ex duob. integris, vt [illegible] ex integro & corrupto, vt, inſipiens, [illegible] ex corrupto & integro, [illegible] Componuntur etiam ex pluribus, [illegible] quod [illegible] per omnes caſus [illegible] Romani, [illegible] etiam loco caſu [illegible] Ablatiuum Græci non habent: [illegible] ſextum appellant. [illegible] Genitiuo, huius Catonis. datiuo, huic Catoni. accuſatiuo, hunc Catonem. vocatiuo, [illegible] ab hoc Catone. Quidam etiam [illegible] qui eſt ablatiuo ſimilis, [illegible] ablatiuus [illegible] ab oratore [illegible] Sunt autem [illegible] ſunt nomina alia monoptota, alia diptota, alia triptota, alia tetraptota, alia pentaptota, alia hexaptota. [illegible] quæ neque [illegible] vt, frugi, nihil, [illegible] In quibus [illegible] etiam nomina [illegible] ad centum. nam ab vno [illegible] numeri declinantur. Item a [illegible] Sunt nomina quorum [illegible] vel ab hac [illegible] caſu nomina [illegible] vt ſponte, abo. Sunt præterea nomina, quæ [illegible] alia genitiuum [illegible] trahunt, vt ignarus belli, [illegible] alia datiuum, vt inimicus malis, con[illegible] ſed figurate, vt [illegible] ablatiuum, vt ſecundus à Romulo [illegible] vt dignus [illegible] Omnia nomina ablatiuo, [illegible] vocali [illegible] terminantur, [illegible] Nullum enim regula non tenet. Quæcunque nomina ablatiuo ſingulari à vocali fuerint terminata, genitiuum pluralem in rum ſyllabam mittunt, datiuum & ablatiuum in is: vt, ab hac [illegible], harum [illegible], his [illegible]. Neceſſe eſt autem contra hanc regulam [illegible] hæc nomina, in quibus genera diſcernuntur [illegible] vt ab hac dea, harū dearū, his & ab his deabus: [illegible] dixerimus, deos non deas ſignificare videamur.

Quæcunque nomina ablatiuo caſu ſingulari e litera correpta fuerint terminata, genitiuum pluralem in um ſyllabam mittunt, datiuum & ablatiuum in bus: vt ab hoc pariete, horum parietum, & ab his parietibus. Contra hanc regulam [illegible]: vt ab hoc vaſe, horum vaſorum, his [illegible]. Si vero e producta fuerint terminata, genitiuum pluralem in [illegible] mittunt, datiuum & ablatiuum in [illegible]: vt ab hac re, harum rerum, his & ab his rebus. ſed hæc [illegible] generis putatur. Quæcunq; nomina ablatiuo caſu ſingulari, [illegible] literis fuerint terminata, genitiuum pluralem in [illegible] mittunt, & datiuum & ablatiuum [illegible], vt, ab hac puppi, harum puppium, his & ab his puppibus. Huiuſmodi nomina etiam accuſatiuum pluralem, propter differentiam, melius in is quàm in es terminant: vt has puppis, nauis, clauis, puppim, nauim, clauim: nō puppem, nauē, clauem. Horum autem nominum quæ genitiuo caſu plurali, ium ſyllabam exire poſſunt, trina regula eſt. prima eorum quæ nominatiuo caſu ſingulari ns literis terminantur, vt mons montium. altera eorum quæ ablatiuo caſu ſingulari e correpta ſimiliter & fœminina ſunt, vt ab hac cæde, harū cædium, his & ab his cædibus. tertia eorum, quæ ablatiuo caſu ſingulari, i litera terminantur, vt ab hac reſti, harum reſtium, his & ab his reſtibus. Sed hæc regula etiam accuſatiuum ſingularem interdum ſyllabam per im literam terminant: vt hanc reſtim, & hanc puppim: horum multa cer[illegible] comminuata. Quæcunq; nomina ablatiuo caſu ſingulari o litera fuerint terminata, genitiuum pluralem in rum ſyllabam mittunt, datiuum & ablatiuum in is: vt ab hoc docto, horū doctorum, his & ab his doctis. Contra hanc regulam inuenimus, vt ab hac domo, harum domuum, his & ab his domibus. & ab hoc iugere, horum iugerum, his & ab his iugeribus. Sed ſcire debemus, multa quidem veteres aliter declinaſſe: vt ab hac domu, harum domuum his & ab his domubus: & ab hoc iugere, horum iugerum, & ab his iugeribus. Verum meminerimus euphoniam in declinationibus plus interdum valere, quàm analogiā vel regulas præceptorum. Quæcunq; nomina ablatiuo caſu u litera fuerint terminata, genitiuum pluralem in um ſyllabam mittunt, geminata u litera, datiuum & ablatiuum in bus: vt ab hoc fluctu, horum fluctuum, his & ab his fluctibus: nam ſolum neceſſe eſt retinere u literā, & fluctubus dicere, cum artibus neceſſitate dicamus: ne quis nos artes non artus ſignificare velle, exiſtimet. In hanc regulam non conueniunt, vt dictum eſt, aptota nomina, vt fas, nefas, nihili, non veniunt tantum pluralia, vt, Saturnalia, Vulcanalia, compedalia non veniunt, quæ à Gręcis ſumpſimus, vt emblema, epigramma, ſtemma, poema: nam huius formę nomina etiam veteres fœminino genere declinabant. In his regulam analogia vel ex collatione poſitorum nominum, vel ex diminutione cognoſcitur. Meminerimus hæc Gręca nomina, ad Græcam formam declinari, & tamen illa nōnulli ad Latinos caſus nituntur inflectere. Duodecim literis omnia nomina Latina, caſu nominatiuo ſingulari terminātur: vocalibus quinque, ſemiuocalibus ſex, muta vna: a, e, i, o, u, l, m, n, r, s, x, t: a, vt tabula: e, vt ſedile: i, vt frugi: o, vt ratio: u, vt genu: l, vt mel: m, vt ſcamnum: n, vt flumen: r, vt arbor: s, vt flos: x, vt nox: t, vt caput: adijciunt quidam c, vt hoc lac.

PRonomen eſt pars orationis, quæ pro nomine poſita, tantundem pene ſignificat, perſonamq; interdum recipit. Pronomini accidunt ſex: Qualitas, genus, numerus, figura, perſona, caſus. Qualitas pronominum duplex eſt: aut enim finita ſunt pronomina, aut infinita. Finita ſunt quæ recipiunt perſonas: vt ego, tu, ille: infinita ſunt, quæ non recipiunt perſonas: vt quis, quæ, quod. Sūt etiam pronomina minus quàm finita: vt ipſe, iſte. Sunt præpoſitiua, vt ille, hic. Sunt ſubiunctiua, vt, is, idem. Sunt alia gentis, vt cuias, noſtras, [illegible] alia ordinis, vt quotus, totus: alia numeri, vt quot, tot: alia ad aliquid dicta infinita, vt [illegible]: alia ad aliquid dicta finita: vt meus, tuus, ſuus: hæc etiam poſſeſſiua dicuntur. Sunt item alia qualitatis: vt, qualis, talis: alia quantitatis: vt, quantus, tantus. Sunt alia demonſtratiua, quæ rem præſentem notant: vt hic & hæc & hoc: alia relatiua, quæ rem abſentem ſignificant: vt, is, ea, id. Sūt alia [illegible] demonſtratiua: vt eccum, eccam, ellum, ellam. Genera pronominibus, ſicut nominibus accidunt omnia. Maſculinum, vt quis: fœmininum, vt quæ: neutrum, vt quid: commune, vt, qualis, talis. Sunt etiam trium generum: vt, ego, tu, ille. Numerus accidit pronominibus vterq;. Singularis, vt iſte. pluralis vt iſti. Sunt etiam numero communia, vt qui & quæ. [illegible] enim qui vir, qui viri: quæ mulier, quæ mulieres. Sunt pronomina tota ſingularia, vt meus, tuus: tota pluralia, vt no-

ſter, veſter, Figura etiam in pronominibus duplex eſt: aut enim ſimplicia ſunt pronomina, vt quis: aut compoſita, vt quiſquis. Nam compoſita pronomina ſecundùm formam nominis ex ea parte declinantur, qua pronomen finitur caſus nominatiui. cuius rei exempla ſunt: vt quiſquis, quiſpiam, aliquis, quiſnam: nam idem, quod conſtat ex duobus corruptis eſt, quum producitur, maſculinum pronomen eſt, quum corripitur, neutrum eſt: vt hic correptum, pronomen eſt, quum producitur, aduerbiũ loci. Perſonæ pronominibus finitis accidunt tres: prima, vt ego: ſecunda, vt tu: tertia, vt ille. Sed hæc prima perſona & ſecunda generis ſunt communis: & prima perſona in Hoc pronomine, cùm eſt numeri ſingularis, non habet nominatiuum caſum, pluralem habet. Caſus item pronominum ſex ſunt, quemadmodum nominum: Nominatiuus, vt hic: genitiuus, vt huius: datiuus, vt huic: accuſatiuus, vt hunc: vocatiuus, ô: ablatiuus, ab hoc. Sunt pronomina quæ non per omnes caſus declinantur: vt eccum, ecca, ellum, & cuius, cuia, cuium, cuiatis, noſtratis. Sunt etiam ſine nominatiuo & vocatiuo: vt ſui, ſibi, ſe, a ſe: hæc non ſunt numeri communis. Sunt item ſine nominatiuo: vt ego, mei, vel mis, mihi, me, à me. Nullum autem pronomẽ recipit comparationem, quamuis qualitatem & quantitatem ſignificent. Inter pronomina & articulos hoc intereſt, quòd pronomina ea putantur, quæ cùm ſola ſunt, vicem nominis complent, vt, quis, ille, iſte. Articuli verò cum pronominibus aut nominibus aut participijs adiungũtur: vt, hic, huius, huic, hunc, ô, ab hoc: & pluraliter, hi, horum, his, hos, ab his. Hęc eadem pronomina articulis, & pro demonſtratione ponuntur: vt, neuter, vter, omnis, alter, nullus, alius, ambo, vterque. Sũt qui nomina, ſunt qui pronomina exiſtimant: ideo quod articuli in declinatione non indigent.

Ita ſcandendũ eſſe ratio probat: vt primo ſit, Nec to ſpondeus, ta tamen dactylus, ille pri dactylus, or præ dactylus, abbreuiata diphthongo propter vocalem quæ ſequitur: unte carina, dactylus & ſpondeus, qui terminent. Quis enim audiat Victorinum docentem, vt ſcandamus unte carina, facientes ſynalepham in media parte orationis, quod nunquam fecère priores. Fit autem ſynalepha in omni parte verſus, etiam in extrema: vt Proſper,

Sed rerum auctori nullus non cognitus ordo eſt.

Fit & poſt verſum ſynalepha, quæ ad ſequentis verſus caput intendat: vt Paulinus,

Quæ decus omne operum perimebant improba fœda,
Quæ obice proſpectum cæcantia.

Sunt namque vltimi verſus illius pedes, dactylus & ſpondeus, Improba fœda, at primi ſequentis per ſynalepham, Quæ obice proſpectans, ſpondeus.

De Epiſynalepha, vel Diæreſi.

Coniunctionem etiam ſolutionemque ſyllabarum, quàm Græci epiſynalepham & diæreſim vocant, vbi neceſſe eſt licitam ſcire metricam coniunctionem: videlicet qua duæ de tribus ſolutionem, qua duæ de vna ſyllaba efficiuntur. Cuius exemplum coniunctionis:

Aedificant ſectaque intexunt abiete coſtas. &c,
Cuſtodes ſufferre valent, labat ariete crebro Ianua. &c,
Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri.

Abiete enim quatuor ſyllabas habet breues, ſtringe illud, & fit ab poſitione longa, quia à vocalis deſinit in b. excipitur ab i loco conſonantis poſita. Sic & ariete naturaliter breuis eſt, a iunge r, ad ipſam iungi i & e, ſibimet, & fit ar ſyllaba poſitione longa, quia ſequitur i loco conſonantis poſita. item, Tenuia ſtringeten, & fac u conſonantem, & ſic detrita de tertia ſyllaba facies triſyllabum dactylum. Tale eſt &, Fluuiorum rex Eridanus. Fluuio anapeſtus eſt, ſed ſi facis ſtringendo vnam ſyllabam fluu, alteram io, efficis de anapeſto ſpondeum. Hæc coniunctio ſiue ſolutio ſæpius in i vel in a literis fit, quarum & in noſtratibus poetis multa habes exempla: vt Paulinus,

Sim profugus mundi, tanquam benedictus Iacob.

Fortunatus,

Dirigis & Iacobos terra beata, ſacros.

Hic i & a diſcindit, ille conglutinat. Item Paulinus,

Parietibus nouitas latet intus operta vetuſtas:

Parieti dactylum fecit de proceleuſmatico, conglutinatis contra naturam a & r in vnam ſyllabam, i & e in alteram. item Sedulius diſiunctis i & a:

Cuius onus leue eſt, cuius iuga ferre ſuaue eſt.

Proſper coniunctis:

Nec Chriſti e templo ſuauior exit odor.

Item Paulinus diuiſis u & i iuxta naturam:

Conſcia ſeruitu quid geſſeris, & cui tandem.

Fortunatus connexis iuxta licentiam poeticam:

Cui tamen hoc opus eſt cum virginitatis honore,
Vt placeat ſponſo mens moderata ſuo.

Item disiunctis eiſdem in alio pronomine. Paulinus,

Cùm ſubitò aut illis corda hoſtibus, aut huic ora.

Proſper conglutinatis,

Huic homo ſi rectè famulatur proximus hæret.

Maro e & i coniunctis:

Tityre paſcentes à flumine reice capellas.

[illegible] contra naturam:
[illegible] velle a pullis
[illegible] Paulinus eadem, vbi ait:
[illegible] lumina certis.
[illegible] in vltima verſus regione contra mo-
rem [illegible] dicendum eſt. Recipit & r litera ſolutionem,
[illegible] multi, ibi enim diſcuſſis ſiue congluti-
natis [illegible] contra naturam aut accreſcit, aut in-
[illegible] vocali, quæ nequaq̃ adſcripta eſt, in ſono
[illegible] creſcere [illegible] ſyllabã cõſueuit: vt,
[illegible] dena argenti.
Et Paulinus,
Et ſpes pauperis & [illegible]inis incrementa.
Et [illegible],
Sæpe [illegible] fulmina reſpargebat, &
Prudentius in Pſychomachia:
[illegible] hæc & læta [illegible]dini interfectæ.
Et idem in eadem:
Palpitat atque cadit [illegible]ſpiraminis intercepto.
Nam [illegible] in quinta regione verſus heroici ſpondeum
[illegible] ponere non [illegible]at, ſolita tamen verſibus huiuſmodi illos
nolle [illegible] ſcandere, vt addita in ſono vocali, quam non
ſcripſerunt, dactylus potius quam ſpondeus exiſteret, ver-
bi gratia, [illegible], intercepta, [illegible] electæ, reſpergebat,
& per ſynalepham [illegible] ideo magis r li-
tera quam cæteræ con[illegible], quæ quia durius
[illegible] ſonat, [illegible] conſonan-
[illegible] idem [illegible] ſupponitur, [illegible]us
[illegible] eius [illegible]ur aſpe[illegible]: quod etiá in can-
[illegible] facere conſue-
[illegible] vel reſponſoria, vel cætera [illegible]
[illegible] dicuntur, [illegible] dicere norunt. Sed
& [illegible] memorandum, quia [illegible] nomina, quæ in ius
[illegible] terminantur, duo i in genitiuo habere debeant,
[illegible] æqu[illegible] metrici, nonnunquam in
eodem genitiuo caſu vnam ſyllabam pro duab. proferunt:
vel [illegible] videlicet [illegible] de duabus vel a [illegible]babus in vnam
ſyllabam geminati [illegible] fieri poſſe plurimi, Dona-
to teſte, [illegible] Paulinus:
C[illegible]tans [illegible] fructu peculij.
Quod ſi [illegible], hic eum more antiquo dactylum in
fine poſuiſſe verſiculi, legat quod idem alibi dicit:
Ex[illegible] marmore fabri.
[illegible] dactylus [illegible] dactylus. Quis
eſt ergo [illegible], habet enim quatuor ſyllabas,
[illegible] breuem, & duas longas. Epitritus [illegible] heroico ver-
[illegible] poteſt, forte ergo ſpondeus eſt abſumente ſy-
nalœpha [illegible] vocales ſuperuentu vnius, quod non facile
vel a grammaticis [illegible] permiſſum, vel a poetis vſurpatum in-
[illegible], tametſi dixerit Fortunatus,
V[illegible] Hiſpania [illegible] ab arce decus.
[illegible] ve[illegible] præfati, [illegible] ſorte regulã Lucilij
[illegible] fuit, qui Lucilium & Aemiliu, & cætera nomina,
quæ ante u habent i, non ſolum in vocatiuo, ſed etiam in
[illegible]uo caſu per vnum i ſcribi poſſe exiſtimant.

*Quòd & authoritas ſæpe & neceſsitas metricorum decre-
ta violet.*

Attamen intuendum eſt nobis, quia & authoritas nonnunquam & neceſsitas metricæ diſciplinæ re-
gulas licitè contemnit. Neceſsitas quidem in his verbis,
quæ [illegible] aliter in verſu poni poſſunt, vt ſunt ea quæ qua-
[illegible] ſyllabas breues habent, vt Italiam, baſilica, religio
[illegible] primas breues, vt reliquiæ: vel vnam in medio
breuem, vt veritas, trinitas, quæ neq; dactylum cõſuetum,
neq; ſpondeum facere poſſunt, quod proprijs nominibus
[illegible] ſolet euenire. Huius exemplum.
Italiam ſequimur fugientem, & mergimur vndis. Lite-
ram contra naturam pro longa poſuit, quia non aliter Ita-
liam, quam ſæpius erat nominaturus, appellare volebat,
niſi aut ſyllabam, quæ natura breuis erat, produceret, aut
tribrachym loco dactyli poneret. Sic cum de apibus lo-
quens, aluearia nominare vellet, neceſsitate poſuit anti-
bacchium in verſu dactylico: vt
Seu lento fuerint aluearia vimine texta.
Et Paulinus,
Qui ſimul ac ſancta pro religione coiſtis.
Re contra naturam pro longa poſuit, quia non aliter hoc
nomen verſus hexameter recipere valebat. Tale eſt & il-
lud eiuſdem:
Baſilicis hæc iuncta tribus patet area cunctis.
Namque alibi pro breui ponitur eadem ſyllaba, dicente
Fortunato:
Hic Paulina agnes baſiliſſa Eugenia regnat.
His & alijs huiuſmodi neceſsitatib. credo factum, quod de
libro beati Iob, loquens Hieronymus, cum dixiſſet, eum
maxima ex parte verſibus hexametris apud Hebræos eſſe
deſcriptum: addidit qui dactylo ſpondeoq; currentes pro-
pter idioma linguæ crebro recipiunt & alios pedes eorun-
dem quidé temporũ, ſed nó earundé ſyllabarũ, autoritate
aut cótemnitur regula Grãmaticorũ, vt Sedulius in clau-
ſula carminis, cuius ſupra meminimus, quem dixiſſet,
Gloria magna patri ſemper tibi gloria nate:
Subdit,
Cum ſancto ſpiritu gloria magna patri.
Spiritus enim primam ſyllabam habet longam.
Vnde vera ſcanſio verſus illius hæc eſt, Cum ſan ſpondeus,
to ſpiri antibachius, & non dactylus: ſed poeta vt gloriam
ſanctæ & indiuiduæ trinitatis clara voce decantaret, ne-
glexit regulam grammaticæ diſpoſitionis. Idem ipſe in
carmine Paſchali,
Sic ait ipſe docens, ego in patre, & pater in me.
Sic enim ſcanditur, Sic ait dactylus, ipſe do dactylus, cens
e trochæus, go in pa ſpondeus, ablato o per ſynalepham. Aut
ſi ſcandere vis cens ego, & facere dactylum contra morem
ipſius Sedulij, qué per omnia ſeruauit, agis vt immunis ſtet
vocalis altera ſuperueniente vocali. Idem in eodé opere,
Clarifica dixit nomen tuum, magnaq; cœlo.
In quo vt veritatem Dominici ſermonis apertius com-
mendaret, poſtpoſuit ordiné diſciplinæ ſecularis: idem i-
terum, Scribitur & titulus, hic eſt rex Iudæorũ: quod quo-
modo ſcãdendũ iudicauerit, videat qui poteſt, vtrum Iu-
dæorum duos ſpondeos quinta & ſexta regione contra
morem, an ſolutis ſyllabis, iuxta quod ſupra monſtraui-
mus, dactylum fieri voluerit & ſpondeum.

*Vt priſci poetæ quædam aliter quam moderni pro-
poſuerint.*

Nam & in exemplis antiquorum inueniuntur aliquo-
ties duo ſpondei in fine verſus ſicut duo dactyli: non
nunquam vt ſunt illa Maronis,
At tuba terribilem ſonitum procul excitat horrida. &,
Aut leues ocreas lento ducunt argento.
Quamuis hoc rariſsimè inueniatur, niſi ita ordinatum, vt
& dactyli, qui in fine eſt, vltima ſyllaba per ſynalepham
ſequenti verſui iungatur: & ſpondeus, qui in quinta regio-
ne eſt, literam habeat altero conſonanti, vel præpoſitam,
vel ſubiectam, cuius duritia per adiectam vocalem leui-
gata dactylus ſentiatur in ſono, cum pareat ſpondeus in
ſcripto, quod vtrunque vt fiat, exemplis ſupra monſtraui-
mus, quia & alijs in metrico opere regulis multum liberè
vtebantur, quas moderni poetæ diſtinctius ad certæ nor-
mam definitionis obſeruare maluerunt. Nam & vocalem
breuem, quæ i & u & vocali qualibet exciperetur, nolue-
runt eſſe communem: vt Lucretius,
Quæ calidum faciunt aquæ tactum atq; vaporem.
Et vocalem in fine verbi breuem, quæ exciperetur à con-
ſonante & liquida inter communes ſyllabas deputarunt:
vt Virgilius,
Aeſtuſque pluuiaſque & agentes frigora ventos. &,
Si tibi lucorum cura eſt primum aſpera ſylua,
Lappæque tribuliquę abſint fugæ pabula læta.
Quod nunc poetæ in eadem parte orationis, vt ſupra do-
cuim⁹, magis fieri oportere decernũt. Idem vocalé in fine
verbi correptá, quæ excipitur à litera z inter communis
ſyllabas deputauit: vt, Lurique Zephyriq; tonat domus.
Qui eadem libertate ſynalepha vtebatur, ſiquidem & m,
vbi voluit in fine verbi poſitam à ſuperuenientis vocalis
abſumptione: vt,

Iterum iterumque mouebo: & longam vocalem longam remanere permiſit, vt
Sit pecori apibus quanta experientia parcis.
Et longam cum voluit, breuiauit: vt,
Et multum formoſum vale, vale inquit Iola. &,
Credimus an qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt.
Et diphthongum reſeruauit: vt,
Vlla moram fecêre neque Aoniæ Aganippe.
Et eandem breuiauit, vt,
Inſulæ Ionio in magno; quæ cuncta poſteriores poetas, vt dixi, diſtinctius obſeruare reperies.

De metro Phalecio.

VErùm quia de metro heroico quæ videbantur, tractauimus, libet & aliorum genera metrorum, ea duntaxat quæ magis vſui haberi reperimus, parumper commemorare. Eſt igitur metrum dactylicum phaleciū pentametrum, quod conſtat ex ſpondeo & dactylo, & tribus trocheis. Huius exemplum,

Cantemus Domino Deoq; noſtro,
Cui gloria cum honore pollens,
Seſe magnificis decorat actis,
Dum currus celeres Aegyptiorum,
Iunctis equitibus grauique turba,
Rubri marmoris enecat fluentis,
Adiutor validæ meæ ſalutis,
Plebem de medio tulit profundo.
Cuſtos & genitor ſaluſque vera
Hic eſt, hic dominus meus & altor,
Ipſum conſpicua ſacrabo laude,
Eſt qui progenitor mei parentis.
Ipſum vocibus arduis fatebor,
Qui bellum tulit obruitque fortes,
Dignus nomine quo Deus vocatur.

De metro Sapphico.

MEtrum dactylicum ſapphicum pentametrū conſtat ex trocheo, ſpondeo, dactylo & duobus trocheis, cui metro poſt tres verſus comma heroicum ſubiungitur. Hoc metro ſanctus antiſtes Paulinus ſextum beati confeſſoris Felicis librum compoſuit: cuius principium eſt:

Iámne abis & nos properans relinquis,
Quos tamen ſola religione linquis,
Semper adnixa ſine fine tecum
Mente futurus. Et paulo poſt dicit:
Sicut Aegypto præeunte quondam,
Noctis & denſæ tenebris operta
Qua Dei viui ſacra gens agebat,
Luxerat orbi.
Quæ in toto ſpecie probatur,
Orbe cum ſanctæ pia pars fidei,
Fulgeat Chriſto reliquis tenebris
Obruit error.
Sic meo qua ſe feret actus hora,
Cuncta Nicetæ Dominus ſecundet,
Donec optatam patriam vehatur
Lætus ad vrbem.

De metro Tetrametro catalectico.

MEtrum dactylicum, tetrametrum catalecticum conſtat ex ſpondeo, dactylo, catalecto, dactylo, ſpondeo: quo vſus eſt ſanctus Ambroſius in precatione pluuiæ, cuius exordium hoc eſt:

Squalent arua ſoli puluere multo:
Pallet ſiccus ager, terra ſatiſcit.
Nullus ruris honos, nulla venuſtas.
Quando nulla viret gratia florum,
Tellus dura ſitit neſcia roris.
Fontes iam nec aquas [illegible] curſus.
Cuius finis hic eſt.
Iam cœlos reſeres aruaque laxes,
Fœcundo placidus imbre rogamus
Heliæ meritis impia ſecla,
Donaſti pluuiam, nos quoque dones.

Idem vſus eſt eodem metro in poſtulatione ſerenitatis, quod ita incipit:

Obduxêre polum nubila cœli,
Abſconduntq; diem ſole fugato,
Noctes continuas ſidere nudas.

At finis ita:

Ieſu parce tua morte redemptis:
Prior diluuium protulit ætas,
Vt mundaret aqua crimina terræ.
Sed mundata tuo ſanguine terra eſt,
Iam nunc miſſa ferens ore columba,
Ramum pacificæ manus oliuæ,
Exutas liquido flumine terras,
Læto ſignificet lapſa volatu.

De metro Iambico hexametro.

MEtrum iambicum hexametrum, recipit iambum locis omnibus, tribrachym locis omnibus præter nouiſſimum ſpondeum, dactylum & anapeſtum locis tantùm imparibus. pyrrichium loco tantùm vltimo. Quo nobiliſſimus Hiſpanorum ſcholaſticus, Aurelius Prudentius Clemens ſcripſit proœmium Pſychomachiæ, id eſt, libri qui eſt de Virtutum vitiorumq; pugna, heroico carmine compoſuit: ita enim inchoat:

Senex fidelis prima credendi via
Abram beati ſeminis ſerus pater.
Adiecta cuius nomen auxit ſyllaba Abraham,
Parenti dictus Abraham Deo.

De metro Iambico tetrametro.

MEtrum iambicum tetrametrum recipit iambum locis omnibus, ſpondeum tantum locis imparibus quo ſcriptus eſt hymnus Sedulij,

A ſolis ortu cardine,
Ad vſque terræ limitem,
Chriſtum canamus principem.

Sed & Ambroſiani eo maxime currunt:

Deus creator omnium
Iam ſurgit hora tertia,
Splendor paternæ gloriæ.
Aeterne rerum conditor.

Et cæteri perplures. In quibus pulcherrimo eſt decore cōpoſitus hymnus beatorum martyrum, cuius loca imparia ſpondeus, iambus tenent paria: cuius principium eſt,

Aeterna Chriſti munera,
Et martyrum victorias,
Laudes ferentes debitas
Lætis canamus mentibus.

Recipit hoc metrum aliquoties, vt ſcribit Mallius Theodorus, etiam tribrachym locis omnibus, præter nouiſſimum, dactylum & anapeſtum, locis tantum imparibus. Vnde eſt:

Geminæ gigas ſubſtantiæ
Alacris vt currat viam.

Cæterorum raro habemus exempla.

De metro Anacreontio.

MEtrum iambicum tetrametrum colophon, quod Anacreontium dicitur, recipit anapeſtum, duos iambos, ſemipedem. quo vſus eſt Proſper tyro in principio exhortationis ad coniugem ita dicens:

Age iam precor mearum,
Comes irremota rerum
Trepidam breuemque vitam
Domino Deo dicamus.
Celeri vides rotatu
Rapidos dies meare,
Fragiliaque membra mundi,
Minui, perire, labi.

[illegible]
[illegible],
[illegible]
[illegible]
[illegible],
[illegible]
[illegible]
An[illegible]

[illegible]

M[illegible] Græci & Latini [illegible] poetæ [illegible] exempla [illegible]:
[illegible]
[illegible]
[illegible],
Laudes [illegible]
[illegible] versiculis sponde- [illegible]:
[illegible]
[illegible] &
V[illegible]

[illegible]

H[illegible], quæ [illegible] exemplis, [illegible]
Rex [illegible]
[illegible]
Qu[illegible]
[illegible]
[illegible] alphabetum:
A[illegible]
[illegible] D[illegible],
V[illegible] noct[illegible].

Quod tria sint genera poematis.

S[illegible] [illegible] vel [illegible] [illegible] appellant [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] Canticorum [illegible] [illegible], [illegible] & ec[illegible], tametsi non hoc interlo-

[illegible] scriptore manifestè reperitur. Exegematicon eſt vel enarratiuum, in quo poeta ipſe loquitur ſine vllius interlocutione perſonæ, vt ſunt tres libri Georgicorum, & prima pars quarti: item Lucretij carmina, & his ſimilia. Quo genere [illegible] Parabolæ Salomonis & Ecclesiastes, quæ [illegible] & Pſalterium, metro [illegible]. Coinon eſt vel mixton, in quo poeta [illegible] introducuntur. vt ſunt [illegible] Odyſſeæ Homeri, & Aeneidos Virgilij: & [illegible] ſua lingua non [illegible], partim ſit metrico vel [illegible].

[illegible] fili, & conleuita Gutberte, diligenter [illegible] ſcriptorum excerpere curaui, [illegible] labore collegeram, [illegible], vt [illegible] in diuinis literis [illegible], ita etiam metrica [illegible] inſtruerem: [illegible] modis locutionum, quæ à Græcis Schemata vel Tropi dicuntur, paruum ſubijcere [illegible] non incongruum duxi: tuamque ad lectionem [illegible], vt [illegible] operam impendas, illarum maxime literarum, in quibus nos vitam habere credimus ſempiternam.

Explicit de arte metrica liber vnus.

BEDAE PRESBYTERI DE SCHEMATIS SCRIPTVRAE LIBER.

SOlet aliquoties in Scripturis, ordo verborum cauſa decoris, aliter quam vulgaris via, [illegible] figuratus inueniri: quod Grammatici Græce Σχῆμα vocant: nos habitum, vel formam, vel figuram rectè nominamus: quia per hoc [illegible] veſtitur & ornatur oratio. Solet item in [illegible] loquutio reperiri, quæ fit [illegible] dictione a propria ſignificatione ad non propriis [illegible], ne [illegible] ornatus gratia. Equidem [illegible] Græci, talium ſe figurarum, vel Troporum [illegible].

Sed vt cognoſcas, [illegible] fili, cognoſcant item omnes [illegible] quod ſancta Scriptura cæteris [illegible], quia Diuina [illegible] ad vitam ducit æternam. [illegible] & an[illegible] [illegible] dicendi. Id [illegible] placuit [illegible] quia nihil [illegible] valent prætendere [illegible], quod nullis præcellerit.

[illegible] Schematum & Troporum [illegible], & Tropos ſelectiores [illegible] ex [illegible] qui ſunt Grammatici [illegible] Metaphora, eſt [illegible] ſpeciei [illegible].

M[illegible].	Ironia.
[illegible].	Antiphraſis.
[illegible].	A[illegible].
[illegible].	Charientiſmos.
An[illegible],	P[illegible]
[illegible]mos,	Sarca[illegible],
[illegible].	A[illegible],
[illegible]	M[illegible],
[illegible]	Ho[illegible],
[illegible].	Homœologia,
[illegible].	S[illegible]
Hyp[illegible].	I[illegible],
Hy[illegible]logia.	I[illegible],
Hy[illegible]proteron.	Catachreſis.
Ana[illegible]	Hypotypoſis.
Paren[illegible].	Metallaſis.

Enargia,

Synchyſis.	Enargia, non
Tmeſis.	Energia.
Diacope.	Parabola.
Hyperbole.	Antapodoſis.
Allegoria.	Paradigma.

Hucuſque habes nomenclaturam Troporum Grammaticorum. nunc vero Schematum,

Prolepſis.	Anaphora.
Zeugma,	Epanalepſis.
Protozeugma,	Epizeuxis.
Meſozeugma,	Epimone.
Hypozeugma,	Paronomaſia.
Hyſterozeugma,	Proſonomaſia.
Synezeugmenon,	Schelis onomatôn.
Enexærumenon.	Paromœon.
Hypozeuxis.	Homœoteleuton.
Syllepſis.	Homœoptoton.
Aſyntheton, vel Aſyndeton.	Polyptoton.
	Metabole.
Dialyton.	Hyrmos,
Polyſyntheton.	Diaſyrmos.
Anadiploſis.	Climax.

Grammatici tamen alia habent figurarum genera tali ordine: primo, Orationis vitia,

Barbariſmum ſcilicet, & Solœciſmum.
Secundò, obſcurum, & Inordinatum.
Tertiò deinde, Metaplaſmum.
Poſtremò, Schemata, & Tropos.

Obſcuræ orationis ſpecies ſunt,

Acyrologia.	Battologia.
Pleonaſmos.	Macrologia.
Periſſologia.	Eclipſis.
Amphibologia.	Apoſiopeſis.
Tautologia.	Aenigma.

Inordinatæ orationis ſpecies ſunt,

Tapinoſis.	Cacozelia.
Aeſchrologia.	Cacoſyntheton.
Cacophaton.	

Metaplaſmi verò ſpecies hæ ſunt,

Metaplaſmus.	Aphæreſis.	Synæreſis.
Proſtheſis.	Syncopa.	Eclipſis.
Epentheſis.	Apocope.	Synalœphe.
Anadiploſis.	Ectaſis.	Antitheſis.
Epectaſis.	Syſtole.	Metatheſis.
Paragoge.	Diæreſis.	Parallage.

His autem enumeratis, accipe eminentiora decem & ſeptem Schemata diuinæ Scripturæ.

1	Πρόληψις.	Præoccupatio.
2	Ζεῦγμα.	Coniunctio.
3	ὑπόζευξις.	Subiunctio.
4	Σύλληψις.	Conceptio.
5	ἀναδίπλωσις.	Replicatio.
6	ἀναφορά. vel ἐπαναφορά.	Relatio. Subrelatio.
7	ἐπανάληψις.	Repetitio.
8	ἐπίζευξις.	Congeminatio.
9	παρονομασία.	Denominatio.
10	Σχέσις ὀνομάτων.	Affectio.
11	Παρόμοιον.	Similitudo.
12	ὁμοιοτέλευτον.	Similis terminatio.
13	ὁμοιόπτωτον.	Ex ſimilibus caſibus.
14	Πολύπτωτον.	Ex pluribus caſibus.
15	ὑρμός.	Conuenientia.
16	Πολυσύνθετον.	Abundãs cõiunctionib.
17	Διάλυτον, aut ἀσύνθετον, ſe ἀσύνδετον.	Diſſolutio.

Prolepſis.

Πρόληψις, præoccupatio, ſiue præſumptio dicitur. Figura eſt, quando ea quæ ſequi debent, anteponuntur: quemadmodum habetur in Pſalmo octuageſimo ſexto: Fundamenta eius in montibus ſanctis, diligit Dominus portas Sion. Ante poſuit Eius, & poſtea Cuius: id eſt, Domini. Item Pſalmo 21 Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Pro diuident, & mittent. Item Ezechielis 1. nihil anteponens, ita incipit: Factum eſt in triceſimo anno, &c. Sermonem coniunctionis poſuit, nihil aliud antè, cui hoc ſubiungeretur, præponens.

Zeugma.

Ζεῦγμα, coniunctio dicitur figura, quando multa pendentia, aut vno verbo, aut vna ſententia concluduntur. Vno verbo: vt Apoſtolus ait ad Epheſios, quarto capite: Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor & blaſphemia tollatur à vobis. Sententia autem, quemadmodum Pſalmiſta in Pſalmo 14. præponens: Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam, qui loquitur veritatem in corde ſuo: qui non egit dolum in lingua ſua, nec fecit, &c. Ad vltimum ita concludit: Qui facit hæc, non commouebitur in æternum.

Hypozeuxis.

Ὑπόζευξις, eſt figura ſuperiori contraria, vbi ſingula verba, vel ſententiæ, ſingulis quibuſque clauſulis ſubiunguntur. Tale eſt & illud, in verbo: vt Pſalmo 144. Virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt: memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt, & in iuſtitia tua exultabunt. Item primæ Corinthiorum 13. Siue prophetiæ (inquit) euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur. Sententiæ, quemadmodum habetur Pſalmo 26. Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum: ſi exurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo.

Syllepſis.

Σύλληψις eſt, quum caſus diſcrepantes in vnam ſignificationem congregamus. veluti habetur in Pſalmo ſeptuageſimo ſeptimo: Attendite populus meus legem meam. Item Pſalmo centeſimo quadrageſimo nono: Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis. Quod enim ait, Ad faciendam: numeri ſingularis eſt, quod addidit, Increpationes: pluralis eſt.

Fit etiam Syllepſis in ſenſu, id eſt, vbi pro multis vnus, vel pro vno multi ponuntur. Pro multis vnus, vt Pſalmo ſeptuageſimo ſeptimo: Immiſit in eis muſcam caninam, & comedit eos rana, & exterminauit eos. Quum non ſolam vnam ad exterminandos Aegyptios muſcam vel ranam, ſed innumeras immitteret.

Item pro vno multi: quemadmodum habetur Pſalmo ſecundo: Adſtiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum. Reges enim pro Herode. Principes pro Pilato poſitos, Apoſtoli intellexerunt: quemadmodum continetur in Actibus Apoſtolorum quarto capite.

Anadiploſis.

Αναδίπλωσις, eſt congeminatio dictionis, quæ in vltima parte præcedentis verſus, & prima ſequentis iteratur: veluti habetur in Pſalmo centeſimo viceſimo primo: Stantes erant pedes noſtri in atriis tuis Hieruſalem, Hieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas. Item apud Hieremiam, capite ſecundo: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas.

Anaphora.

Αναφορά, eſt relatio, quum eadem dictio bis ſæpiuſue per principia verſuum repetitur: quemadmodum habetur Pſalmo viceſimo ſexto: Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo? Dominus defenſor vitæ meæ, à quo trepidabo? Et infra: Si conſiſtant aduerſum me caſtra non

ſtra, non [illegible]. Si exurgat [illegible] me prælium, [illegible].

[illegible] per principia [illegible] Pſalmo 28. Vox Domini in virtute, vox [illegible], vox Domini [illegible] gentem [illegible] ſacutiſsima eſt.

Hanc quidam [illegible] vocant.

Epanalepſis.

[illegible] eſt [illegible] in principio verſus poſiti in eiuſdem [illegible] Apoſtolus ad Philippenſes [illegible] Gaudete in Domino ſemper, iterum dico gaudete. Item [illegible] Deus, quis ſimilis erit tibi? [illegible] Deus.

Epizeuxis.

[illegible] eiuſdem verbi in eodem verſu ſine aliqua [illegible] habetur apud [illegible] Conſolamini, conſolamini populus meus, [illegible] eundem, capite [illegible] Hieruſalem. Et adhuc apud eundem, capite [illegible] tur tibi. Item Pſal [illegible] Pſalmo 18. Dies diei [illegible].

Al [illegible], [illegible]logiæ obtinet nomen.

Paronomaſia.

[illegible] denominatio dicitur, quoties dictio penè ſimilis [illegible] ſignificatione diuerſa, mutata videlicet [illegible] vt in Pſalmo 21. iuxta Hebraicam veritatem: In te confiſi ſunt, & non ſunt confuſi. Et Philipp. 3. [illegible] operarios, videte conciſionem: nos autem ſumus circumciſio, qui ſpiritu Dei ſeruimus. Quam Eſaias Propheta ca. 5. figurã elegantiſſime in ſua lingua confecit, [illegible] vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: & iuſtitia, & ecce clamor. Hebraicè enim iudicium לְמִשְׁפָּט dicitur, מִשְׂפָּח iniquitas, לִצְדָקָה iuſtitia, צְעָקָה clamor, apponitur. Pulchre itaque vna vel addita vel mutata litera, [illegible] verborum ſimilitudinem temperauit, vt pro dictione לְמִשְׁפָּט diceret מִשְׂפָּח, & pro לִצְדָקָה poneret צְעָקָה.

Schesis onomaton.

[illegible] ὀνομάτων, id eſt, multitudo nominum coniunctorum diuerſo ſono, vnam rem ſignificantium: vt Eſaiæ 1. cap. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequam, filijs ſceleratis. Item Pſalm. 105. Peccauimus cum patribus noſtris, iniuſte egimus, iniquitatem fecimus.

Paræmion.

Παρόμοιον eſt, quum ab eiſdem literis diuerſa verba ſumuntur. Quæ nimirum figura, quod ad poſitionem literarum pertinet, melius in ea lingua qua ſcripta eſt editaq; [illegible]tur. Habemus tamen & in noſtra translatione, [illegible] exemplum, dictum eſt enim in Pſalmo 117. Benediximus vobis de domo Domini, Deus dominus & illuxit [illegible]. Et in Pſalmo 57. Ira illius ſecundum ſimilitudinem [illegible] ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas.

Homæoteleuton.

ὁμοιοτέλευτον, ſimilis terminatio dicitur, figura quoties media & poſtrema verſus ſiue ſententiæ ſimili ſyllaba finiuntur: vt Eccleſiaſtici ſexto, Melius eſt videre quod cupias, quam deſiderare quod neſcias. Et iterum ſeptimo: Melius eſt à ſapiente corripi, quàm ſtultorum adulatione decipi. Hac figura Poetæ & Oratores ſæpe vtuntur. [illegible]do: Per via diuiſi patuerunt cærula ponti.

Oratores vero ita: Beatus Iob, Deo ſoli [illegible] cognitus in tranquillitate, ad maiorem notitiam [illegible]lus, tactus eſt verbere, vt odorem ſuarum [illegible] ſpargeret, quantum more aromatum [illegible] fragraret. Quod [illegible], [illegible] qui [illegible] Papa Gregorius [illegible] ſuſtuliſſe reperies [illegible] orationes eſſe reor, quas Hieronymus [illegible] declamationes appellat.

Homæoptoton.

ὁμοιόπτωτον, quum in ſimiles ſonos exeunt dicta plurima: [illegible] Pſalmo nonageſimo ſeptimo, Cantate, exultate, & pſallite. Et Ezechielis decimo octauo: Quod [illegible], effundentem ſanguinem, & [illegible], & vxorem proximi ſui [illegible], & pauperem contriſtantem, rapientem rapinam, [illegible] non reddentem, & ad idola leuantem oculos ſuos, abominationem facientem, ad vſuram dantem, & amp[illegible], nunquid vita viuet?

Polyptoton.

Πολύπτωτον eſt, quum diuerſis caſibus variatur oratio: vt ad Romanos vndecimo, Quoniam ex ipſo, & per ipſum & in ipſo ſunt omnia, ipſi honor & gloria, in ſecula ſeculorum. Item Pſalmo ſexageſimo ſeptimo, Niue dealbabuntur in Selmon, mons Dei. Mons coagulatus, mons pinguis: vt quid ſuſpicamini montes coagulatos? Mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo.

Hirmos.

Εἱρμός, conuenientia dicitur, quando ſeries orationis tenorem ſuum vſq; ad vltimum [illegible], nulla videlicet alia vel cauſa, vel perſona mutata: vt Pſalmo quinquageſimo tertio, Deus in nomine tuo ſaluum me fac, &c. vſq; dum ait Non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum. Orat enim Propheta, vt auxilio Domini ſaluatoris, ab hoſtium inſecutione liberetur.

Polyſyndeton.

Πολυσύνδετον, eſt oratio multis nexa coniunctionibus: vt Pſalmo quadrageſimo, Dominus conſeruet eum, & viuificet eum, & beatum faciet eum, & emundet in terra animam eius, & non tradat eum in manus inimicorum eius.

Dialyton, vel aſyndeton.

Διάλυτον, vel ἀσύνδετον, eſt figura ſuperiori contraria, carens coniunctionibus: vt Pſalmo ſexageſimo quinto, Iubilate Deo omnis terra, pſalmum dicite nomini eius. Date gloriam laudi eius. Dicite Deo, quàm terribilia ſunt opera tua Domine.

Si autem habentur ſeptemdecim Schemata diuinæ Scripturæ.

LIBRI SCHEMATVM VENErabilis Bedæ Presbyteri, finis.

BEDAE PRESBYTERI DE TROPIS SACRAE SCRIPTVRAE LIBER.

De Tropis.

TRopus, eſt dictio tranſlata à propria ſignificatione ad non propriam ſimilitudinem, ornatus neceſſitatisue cauſa.[1] Sunt autem τρόποι, qui Latinè modi, vel mores interpretari poſſunt, numero tredecim: videlicet,

1 μεταφορά.
2 κατάχρησις.
3 μετάληψις.
4 μετωνυμία.
5 ἀντονομασία.
6 ἐπίθετον.
7 συνεκδοχή.
8 ὀνοματοποιία.
9 περίφρασις.
10 ὑπέρβατον. Species ſunt quinque.
ὑστερολογία. 1
ἀναστροφή. 2
παρένθεσις. 3
τμῆσις. 4
σύγχυσις. 5
11 ὑπερβολή.
12 ἀλληγορία. Species ſunt ſeptem.
εἰρωνεία. 1
ἀντίφρασις. 2
αἴνιγμα. 3
χαριεντισμός. 4
παροιμία. 5
σαρκασμός. 6
ἀστεϊσμός. 7
13 ὁμοίωσις. Species ſunt tres.
εἰκών. 1
παραβολή. 2
παράδειγμα. 3

De Metaphora.

MΕταφορά. eſt rerum verborumque tranſlatio. Hæc fit modis quatuor: ab animali ad animal, ab inanimali ad inanimal, ab animali ad inanimal, ab inanimali ad inanimal. Ergo Ab animali ad inanimal ita fit, vt Pſalmo ſecundo: Quare fremuerunt gentes? Et, Dominus qui eripuit me de ore leonis, & de manu vrſi. Item Pſalmo 138. Si ſumpſero pennas meas ante lucem. Nam & homines & beſtiæ & volucres animam habent.

Ab inanimali ad animal: vt

Zachariæ 11. Aperi Libane portas tuas. Item Pſalmo 8. Qui perambulat ſemitas maris. Tranſlatio eſt enim à ciuitate ad montem, & à terra ad mare, quorum nullum animam habet.

Ab animali ad inanimal: vt

Amos 1. capite, Exiccatus eſt vertex Carmeli. Homines enim, non montes verticem habent.

Ab inanimali ad animal: vt

Ezechielis 11. cap. Auferam à vobis cor lapideum. Non enim lapis, ſed populus animam habet.

Hæc autem tropus & ad Deum fit multifariè. A volucribus: vt, Sub vmbra alarum tuarum protege me. A feris: vt, Dominus de Sion rugiet. A membris humanis: vt Pſalmo decimo ſexto, Quis menſus eſt pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit? Ab homine interiore: vt Eſaiæ quadrageſimo, Inueni Dauid filium Ieſſæ, virum ſecundum cor meum. A motibus mentis humanæ: vt Pſalmo ſecundo, Tunc loquetur ad eos in ira ſua. Et Geneſis ſexto: Pœnitet me hominem feciſſe. Et Zachariæ octauo: Zelatus ſum Sion zelo magno, & innumera huiuſmodi. A rebus inſenſibilibus: vt Amos ſecundo, Ecce ego ſtridebo ſuper vos, ſicut ſtridet plauſtrum onuſtum fœno. Qui videlicet tropus & in communi loquutione vſitatiſſimus eſt, quum dicimus, Fluctuare ſegetes, gemmare vites, floridam iuuentutem, & lacteam caniciem.

De Catachreſi.

KΑτάχρησις, eſt abuſio nominis aut verbi, ad ſignificandam rem, quæ propria appellatione deficit. Hæc autem à metaphora differt, quòd illa vocabulum habenti largitur: hæc, quia non habet proprium, alieno vtitur: vt parricidam dicimus, qui occiderit fratrem: & piſcinam, quæ piſces non habet. Hæc enim niſi extrinſecus ſumerent ſuum vocabulum, non haberent. Huic ſimile eſt illud: Pone vectes in quatuor angulis menſæ per ſingulos pedes, & ſextum ſagum in fronte tecti duplicis, & ibi confringit cornua arcuum. Et ſecundi Paralipomenon quarto: Labium illius erat quaſi labium calicis, & repandi lilij. Pedes quippe & frons & cornu & labium, hominum tantum ſunt, & animantium, non etiam rerum inſenſibilium. Quæ nomina, ſi Scriptura præfatis rebus non impoſuiſſet, quod proprium his diceret, non haberet. Ad hunc tropum pertinet quod ſcriptum eſt Ioannis quinto. Eſt autem Hieroſolymis probatica piſcina, à piſcibus enim nomen accepit aqua, quæ nequaquam propter piſces, ſed ad lauandas (vt ferunt) hoſtias, collecta eſt: vnde Probaticæ cognomen ſortita eſt.

De Metalepſi.

MΕτάληψις, eſt dictio gradatim pergens ad id quod oſtendit, & ab eo quod procedit, id quod ſequitur inſinuans: quemadmodum habetur apud Pſalmiſtam, Labores fructuum tuorum manducabis. Labores enim poſuit, pro his qui laborando acquiruntur bonis. Necnon & illud Pſalmi 103. Draco iſte quem formaſti ad illudendum ei: per draconem diabolus, per diabolum bonus angelus intelligendus eſt, qualis à Deo formatus eſt.

De Metonymia.

MΕτωνυμία, eſt quædam veluti tranſnominatio, ab alia ſignificatione ad aliam proximitatem tranſlata. Huius ſunt multæ ſpecies. Per id quod continet, id quod continetur oſtendit: per id quod continetur, id quod continet: per inuentorum, id quod inuentum eſt: per inuentum, inuentorem: per efficientem, id quod efficitur: per id quod efficitur, efficientem. Per id quod continet, id quod continetur, vt Geneſis vigeſimoquarto, Effundens hydriam in canalibus, aut contra, Accipe literas tuas, neque enim hydria effundebatur, ſed quod in ea continebatur: nec literæ in manus, ſed charta quæ literas continet, adſumitur. Et iterum: Dimitte eam, & vadat, & aſpicietis. Non enim arca, ſed plauſtrum quo continebatur aqua: vel boues qui ducebant plauſtrum, ire poterant. Hæc & per efficientem, id quod fit: & econtra per hoc quod fit, efficientem deſignat.

De Antonomaſia.

ΑΝτονομασία, eſt ſignificatio vice nominis poſita, ex accidentibus videlicet, propriam ſignificat perſonam, quæ tribus fit modis: ab animo, à corpore, extrinſecus. Ab animo, vt Eſaiæ 11. Nunquid non tu percuſſiſti ſuperbum? A corpore, vt 1. Regum 17. Vir ſpurius altitudinis ſex cubitorum & palmo. Ab elatione enim animi, diabolus hic intelligitur ſuperbus. A quantitate corporis, Goliat gygas ſignificatur. Extrinſecus quæ ſumuntur, in plures ſpecies diuiduntur. Deſcendunt. n. à genere: vt, Nunquid

quid omnibus vobis dabit filius Iſai agrũ? A loco: vt, Autorem ſeditionis ſectæ Nazaræorum. Ab actu. Matth. 26. Qui autem tradidit eum, dedit eis ſignum dicens. Ab euentu, vt Ioan. 19. Diſcipulus ille quem diligebat Ieſus. Per hunc tropum [illegible] es & Dominus [illegible] demonſtratur, à genere vt Matth. 21. Oſanna filio Dauid. A loco: vt, Qui ſedes ſuper Cherubin appare. ab actu: quemadmodum habetur Iob ſeptimo capite, Peccaui, quid faciam tibi, ô cuſtos hominum?

De epitheto.

Epitheton eſt præpoſita dictio pronomini. Nam antonomaſia vicem nominis ſuſtinet, epitheton nunquam eſt ſine nomine: vt Eccleſ. 45. Dilectus Deo & hominibus Moſes. Item, Miſericors & miſerator Dominus. Et, Iuſtum Loth oppreſſum. Fit etiam epitheton modis tribus: ab animo, à corpore, extrinſecus. His duobus tropis aut vituperamus aliquem, vel oſtendimus, vel ornamus.

De ſynecdoche.

Synecdoche eſt ſignificatio pleni intellectus capax, quum plus minusve pronunciat. [illegible] a parte totum oſtendit: vt Ioannis primo, Verbum caro factum eſt. Et Actorum 27. Eramus verò [illegible] animæ ducentæ ſeptuaginta ſex. Aut [illegible]: Ioannis decimonono, Ergo propter paraſceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum vbi poſuerunt Ieſum.

De onomatopœia.

Onomatopœia eſt nomẽ de ſono factum: vt primæ Corinthiorum 13. Cymbalum tinniens. Et Eſaiæ 58. Quaſi tuba exalta vocem tuam. Et Hieremiæ quarto, Canite tuba. Et, Nunquid [illegible] dabis collum equi hinnitum? Et Eſai. 5. Rugitus leonis. Et Iob quarto capite, Vox leænæ. Et Eſaiæ 56. Canes muti non valentes latrare.

Ad hunc tropum pertinere quidam exiſtimant ſibilos ſerpentium, porcorum [illegible] cæterorumq; vocẽ confuſam animantium, quæ & ipſa in ſcripturis ſanctis ſæpius inducta reperitur.

De periphraſi.

Periphraſis eſt circunloquutio, quæ fit aut vt breuitatem ſplendide deſcribat, & producat: aut fœditatem circuitu euitet. Splendide producta veritas, vt ſecundæ ad Corinthiorum quinto: Scimus quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quod ædificationem habeamus ex Deo, domum non manu factam, æternam in cœlis. Fœditatem circuitu euitans, vt Romanorum primo capite, Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem vſum, in eum vſum, qui eſt contra naturam: ſimiliter autem & maſculi, relicto naturali vſu, &c.

De hyperbaton.

Hyperbaton eſt tranſcenſio quædam, verborum ordinem turbans. Huius ſpecies ſunt quinque: videlicet,

1 ὑστερολογία.
2 ἀναστροφή.
3 παρένθεσις.
4 τμῆσις.
5 σύγχυσις.

De hyſterologia.

Hyſterologia, vel ὕστερον πρότερον, eſt ſententia quum ordo verborum mutatur: vt Pſalmo vigeſimotertio, Hic accipiet benedictionem à Domino, & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo. Prius enim Dominus miſerando iuſtificare ſolet impium, & ſic poſtea benedicendo coronat iuſtum.

De anaſtrophe.

Anaſtrophe, eſt verborum tantum præpoſterus ordo: quemadmodũ habetur Iob quinto capite: Quamobrem ego deprecabor Dominum pro, ob quam rem.

De parentheſi.

Parentheſis autem eſt interpoſita ratiocinatio diuiſæ ſententiæ. Quemadmodum eſt & illud Apoſtoli ad Galatas ſecundo capite, Qui enim operatus eſt Petro, in apoſtolatu circumciſionis, operatus eſt & mihi inter gentes. Et cùm cognouiſſent gratiam, quæ mihi data eſt, Iacobus & Cephas & Ioannes, dextras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis.

De tmeſi.

Tmeſis eſt ſimplicis verbi ſectio, aut vnius compoſiti, vna dictione vel pluribus interiectis. Hæc ſpecies licet in ſacra ſcriptura [illegible] inueniatur, tamen habetur in Chriſtiano poeta: vt eſt,

Hiero quem genuit ſolymis Dauidica proles.
Hoc eſt Hieruſalem.

De ſynchyſi.

Synchyſis eſt hyperbaton ex omni parte confuſum. Pſalmo ſexageſimoſeptimo: Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in ſpecie auri. Prius enim hic, vt Auguſtinus ait, quærendus eſt ordo verborum, quomodo finiatur ſententia, quæ vtique pendet, & dicitur: Si dormiatis, deinde incertum eſt, vtrum hæ pennæ: an, ô vos pennæ: vt ad ipſas pennas loqui videatur. Vtrum ergo verbis quæ ſupra, [illegible] iſta ſententia, vt ſit ordo: Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa, ſi dormiatis inter medios cleros, ô vos pennæ columbæ deargentatæ. An his quæ ſequuntur, vt ordo ſit. Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ nunc dealbabuntur in Selmon, id eſt, ipſæ pennæ dealbabuntur, ſi dormiatis inter medios cleros, vt illis hoc dictum intelligatur, qui ſpeciei domus tanquam ipſo [illegible] diuiduntur: id eſt, Si dormiatis inter medios cleros, ô vos qui diuidimini ſpeciei domus per [illegible] ſanctificationem ſpiritus ad vtilitatem, vt alij quidem detur per ſpiritum ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum, alij fides, alij genera linguarum, in eodem ſpiritu, &c. Si ergo vos dormiatis inter medios cleros, tunc pennæ columbæ deargentatæ dealbabuntur in Selmon. Poteſt & ſic intelligi: Si vos pennæ columbæ deargentatæ dormiatis inter medios cleros, nunc dealbabuntur in Selmon, vt [illegible] homines, qui per gratiam remiſſionem accipiunt peccatorum. Vnde etiam de ipſa eccleſia dicitur in [illegible] canticorum octauo: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit dealbata? Promiſſio quippe Dei tenetur per Prophetam Eſaiam, capite primo, dicentem: Si fuerint peccata veſtra ſicut coccinum, [illegible] dealbabuntur. [illegible] & ſic intelligi, vt in eo quod dictum eſt, Pennæ columbæ deargentatæ, laudatur Eccleſia, vt [illegible] tanquam ſponſa ſpeciei domus, [illegible] inter medios cleros, pennæ [illegible] in altiora eleuabimini, compacti [illegible]. Nulli [illegible] columbam deargentatam, quam illam, de qua dictum eſt in Cantico canticorum ſexto: Vna eſt columba mea. Deargentata eſt autem, quia diuinis eloquijs [illegible] eloquia Domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum, terræ purgatum ſeptuplum. Magnum itaque eſt bonum, dormire inter medios cleros: quos nonnulli duo teſtamenta eſſe voluerunt, vt dormire ſit inter duos medios cleros, in eorum teſtamentorum auctoritate requieſcere, id eſt, vtriuſq; teſtamenti teſtimonio acquieſ-

cere, vt quando al'quis ex his profertur & probatur, omnis intentio pacifica quietè finiatur.

De hyperbole.

Υπερβολὴ eſt dictio fidem excedens, augendi minuendi-ve cauſa. Augendi, vt 2. Regum primo, Aquilis cœli velociores, leonibus fortiores. Minuendi vt, Terrebit te ſonitus folij volantis. Et Threnorum quarto: Denigrata eſt ſuper carbonem facies eorum.

De allegoria.

Αλληγορία eſt tropus, quo aliud ſignificatur quàm dicitur: vt Ioannis quarto, Leuate oculos veſtros, & videte regiones, quia albæ ſunt iam ad meſſem. Hoc eſt, intelligite, quia populi ſunt iam parati ad credendum. Huius ſpecies multæ ſunt, ex quibus eminent ſeptem:

1 εἰρωνία.
2 ἀντίφρασις.
3 αἴνιγμα.
4 χαριεντισμός.
5 παροιμία.
6 σαρκασμός.
7 ἀστεϊσμός.

De ironia.

Ειρωνεία eſt tropus per contrarium quod conatur oſtendere, vt, Clamate voce maiore, deus eſt enim Baal, & fortitan loquitur, aut in diuerſorio eſt, aut in itinere, aut dormit, vt excitetur. Hinc enim niſi grauitas pronunciationis adſuerit, confiteri videbitur quod negare contendit.

De antiphraſi.

Αντίφρασις eſt vnius verbi ironia: vt Matthæi vigeſimoſexto, Amice, ad quid venisti? Inter ironiam & antiphraſin hoc diſtat, quod ironia pronunciatione ſola [illegible] quod [illegible]. Antiphraſis vero, non voce [illegible] contrarium, ſed ſuis tantum verbis, quorum eſt origo contraria.

De ænigmate.

Αἴνιγμα eſt obſcura [illegible] per [illegible] rerum ſimilitudinem [illegible]: vt in Pſalmo [illegible], Pennæ columbæ [illegible], & [illegible] dormiens in ſpeciem [illegible] ſpiritalis diuino [illegible] vero [illegible] maiori cœleſti [illegible] reſplendent. Vel certe viam [illegible] pennis gaudentem: futuram [illegible] eſt, æterna cum Domino claritate fruituram.

De charientiſmo.

Χαριεντισμὸς, eſt tropus, quo dura dictu gratius proferuntur: vt Geneſis vigeſimo nono, Nonne pro Rachel ſeruiui tibi, quare autem impoſuiſti mihi? vno enim leuiſſimo imputationis verbo iniuriam quam patiebatur grauiſſimam, temperantius loquens ſignificauit.

De parœmia.

Παροιμία, eſt accommodatum rebus temporibuſq; prouerbium, vt ſecunda Petri ſecundo, Canis reuerſus ad vomitum [illegible]. Et primi Regum decimo, Num & Saul inter propheta? [illegible] quem [illegible] poſt actam pœnitentiam [illegible] vero tunc [illegible] docendi adſumere, vel aliud quod [illegible], quam non didicit, ſibi met vſurpare videmus. Hic tropus adeo late patet, vt liber Salomonis, quem nos ſecundum Hebræos Parabolas dicimus, apud Græcos ex eo nomen Parœmiorum, hoc eſt, Prouerbiorum acceperit.

De ſarcaſmo.

Σαρκασμὸς, eſt plena odio, hoſtiliſque irriſio: vt Matthæi vigeſimo ſeptimo, Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Si rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de cruce, & credamus ei.

De aſtiſmo.

Αστεϊσμὸς, eſt tropus multiplex, numeroſæque virtutis. Nam ἀστεϊσμὸς putatur, quicquid dictum ſimplicitate ruſtica caret, & ſatis faceta vrbanitate expolitum eſt, vt. Vtinam abſcindantur qui vos conturbant. Notandum ſane, quòd allegoria aliquando factis, aliquando verbis tantummodo ſit. Factis quidem, vt ſcriptum eſt, Quoniam Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera, quæ ſunt duo teſtamenta, vt Apoſtolus exponit. Verbis autem ſolummodo, vt Eſaiæ vndecimo, Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Quo ſignificatur, de ſtirpe Dauid per virginem Mariam, Dominum [illegible] fuiſſe [illegible]. Aliquando [illegible] & verbis vna eademque res allegorice figuratur: factis [illegible], vt Geneſis trigeſimoſeptimo, Vendiderunt Ioſeph [illegible] triginta argenteis. Verbis vero, vt Zachariæ vndecimo, Appenderunt mercedem meam triginta argenteis. Item factis, vt primi Regum decimo ſexto, [illegible] Dauid [illegible], & pulcher aſpectu, & vnxit eum Samuel in medio fratrum ſuorum. Verbis, vt Canticorum quinto, Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. quod vtrunque [illegible] ſignificat mediatorem Dei & hominum, [illegible] & virtute [illegible] eundemque vnctum a Deo patre oleo lætitiæ præ conſortibus ſuis. Item allegoria verbi, ſiue operis, aliquando hiſtoricam rem, aliquando typicam, aliquando tropologicam, id eſt, moralem rationem, aliquando anagogen, hoc eſt, ſenſum ad ſuperiora ducentem, figuratè denunciat. Per hiſtoriam nonq; hiſtoria figuratur, quum factis primorum ſex [illegible] diebus, tot dein ſeculi huius comparantur ætatibus. Per verbi hiſtoriam, [illegible] quod dicit Iacob Patriarcha, Catulus leonis Iuda, [illegible] victoriis Dauid [illegible] verbis, [illegible] idem ſermo Patriarchæ de Domino [illegible]. Item allegoria facti, tropologicam, hoc eſt, moralem perfectionem [illegible] Geneſis nonageſimo quarto Tunica talaris polymita, quam Iacob Patriarcha filio ſuo Ioſeph fecit, [illegible] gratiam, quia nos Deus pater [illegible] vitæ noſtræ ſemper indui præcepit & [illegible]. Allegoria verbi eandem [illegible] ſignificat: vt, Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ [illegible], & cætera. Allegoria facti, anagogicum hoc eſt, ad ſuperiora ducentem ſenſum exprimit: vt, Septimus ab Adam Enoch tranſlatus eſt de mundo. Sabbatum futuræ beatitudinis, quæ poſt opera bona [illegible], quæ ſex ætatibus [illegible] præſignat. Allegoria verbi, eadem vitæ cœleſtis gaudia demonſtrat, vt Matthæi vigeſimo quarto, Vbicunque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. Quia vbi mediator Dei & hominum eſt corpore, [illegible] mirum & nunc ſubleuatæ ad cœlos animæ, & celebrata gloria reſurrectionis, colligentur etiam corpora iuſtorum. Nonnunquam in vna eademque re vel verbo, hiſtoricus ſimul & myſticus de Chriſto vel Eccleſia ſenſus, & tropologia, & anagoge, figuraliter intimatur: vt, Templum Domini iuxta hiſtoriam, Domus quam ædificauit Salomon, iuxta allegoriam, Corpus dominicum, de quo ait Ioannes ſecundo, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Siue eccleſia eius, cui dicitur: Templum enim Dei ſanctũ eſt: quod eſtis vos.

[illegible] quia dictum, quibus dictum primæ Corinth. [illegible], An neſcitis quia corpora veſtra templum eſt Spiritus ſancti, qui in vobis eſt? Per [illegible] [illegible], cum adſpirabat qui ait, Bene [illegible] in domo tua ſemper, in ſæcula ſæculi laudabunt te. [illegible] dicitur Pſalmo [illegible]: Lauda Hieruſalem Dominum, lauda Deum tuum Sion. [illegible] De [illegible] Hieruſalem [illegible] Chriſti [illegible] [illegible] [illegible] Memores [illegible] [illegible].

De [illegible]

O[illegible] [illegible] [illegible].

[illegible]

[illegible]

F[illegible] [illegible] angelorum.

De parœmia.

[illegible] comparatio, vt [illegible] Matthæi [illegible] [illegible] [illegible] cum hominibus.

De paradigmate.

[illegible] eſt [illegible], ſiue enarratio exempli exhortantis aut deterrentis. Exhortantis, vt Iacobi quinto, [illegible] homo erat [illegible] paſſibilis, & orationem orauit, vt non plueret ſuper terram, & non pluit annis [illegible]. Et Matthæi ſexto, Reſpicite volatilia cœli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater veſter cœleſtis paſcit illa. [illegible], vt Matthæo [illegible] illa hora qui fuerit in tecto, & vaſa eius in domo, non deſcendat tollere [illegible] in agro, ſimiliter non redeat retrò. Memores eſtote vxoris Loth.

[illegible] habentur [illegible] generales tropi Sacræ ſcripturæ.

BEDÆ PRESBYTERI DE ORTHOGRAPHIA LIBER.

A Litera, etiam nota prænominis eſt, cum Auguſtum ſola ſignificat.

B [illegible] eſt p literæ, quia ſæpè mutatur [illegible] ſupponitur.

C, [illegible] eſt prænominis cùm Cæſarem ſignificat [illegible].

[illegible] conſonantibus his c g l p r m t, [illegible] vt, accipe, aggrega, allicio, [illegible] attende. nota prænominis cùm Decium ſola ſignificat: item numeri, cum quingentos.

L ſola, Lucium ſignificat.

M ſola, Marcum.

N ſola, numerum: præpoſita G Gneum.

P ſola, Publium, & cum R, populum Romanum: & ſubiecta R, rempublicam: & præpoſita C, patres conſcripti, ſi [illegible].

Q litera, etiam nota eſt nominis, cùm Quintum ſola ſignificat [illegible] honoris, quando Quæſtorem, populi, quando [illegible].

T, [illegible] prænominis, quum Titum ſola ſignificat.

V [illegible] ſuperpoſita, Vir [illegible]. V [illegible] cum virgula iacente ſuperpoſita, Verbi gratia. V [illegible], Viri clariſſimi.

A[illegible] significat [illegible] tempus ſignificat, [illegible] dicitur. Ante me non eſt formatus Deus, & poſt me non erit. Et, præſentiam: vt, Ante conſpectum gentium, reuelauit iuſtitiam ſuam, id eſt, [illegible] gentium. [illegible] dignitatem: vt, Poſuit Ephraim [illegible] Manaſſe: &, Qui poſt me venit, ante me factus eſt, de [illegible] ipſo loquitur.

Aula, Latinè domus regia eſt, Græcè atrium: vndè notandum, quod in Pſalmo vbi legitur: Adorate Dominum in aula ſancta eius, non palatium aulæ nomine, ſed atrium Græco [illegible].

A[illegible], & [illegible] magiſtri. Auſcultor autem & audio, ex vno Græco ſermone vertuntur, quod eſt [illegible].

A[illegible] Latinè dicitur, arrhabon Græcè.

A[illegible] Græcè, Latinè certamen.

A[illegible] Græcè, Latinè arcum.

A[illegible] Græcè, Latinè bitumen.

A[illegible], acerrimus, non acriſſimus.

A[illegible], agillimus, non agiliſſimus: & in Aduerbijs acerrimè & agillimè.

Audeo, audes, perfectum facit, auſus ſum.

Adiuuo Perfectæ formæ eſt:

Adiuto Frequentatiuæ.

A[illegible], Aggero, Accumulo, ex vno Græco verbo [illegible].

Æger, animo: ægrotus, corpore: vtrumque per æ diphthongum ſcribendum.

Aboleo, aboleui.

Arceo, arcui.

Alibi, alio loco.

Aliàs, alio tempore ſignificat, attamen inuenimus Aliàs, nonnunquam pro aliter, ſiue pro alio loco poſitum.

Abſtineo me cibo.

Alienus ſum crimine.

Anteibat ſapientia Salomon cunctis mortalibus. Iulianus ait.

Admoneo interfectorem cædis & cædem.

Æquiuum, alterius ſtaturæ par eſt.

Æ[illegible], quod æquari poteſt.

Appetens [illegible], & appetens [illegible]. Ambroſius: Cancer vt appetens [illegible], ita profitens eſt periculi.

Au[illegible] ſacrilegum, & [illegible], ex vno Græco venit [illegible].

Animaduerto in te, & vindico in te, ex vno Græco [illegible].

Aer ſingulari tantum numero gaudet. & quamuis aera dicimus, tamen certis caſibus, non vtimur.

Autumnus genere maſculino. & Autumnum dicitur neutro: vtrunque numero ſingulari.

A[illegible] & Or[illegible] dicimus: & hoc ſingulariter tantum. ſic & cætera in talis.

Alius væ populo Maurorum: væ populum Maurorum.

Vterque, de duobus dicimus: vtrique, de binis aut de pluribus ex vtraque parte poſitis. Vterque venit, vtrique venerunt.

Veneunt, qui venduntur.

Vltus, & vindicatus & punitus.

Velocitas pedum & corporum: celeritas animorum & factorum.

Vlcus, quod naſcitur.

Vulnus, quod per alium fit.

Vultur dixit Virgilius in ſexto. Sed & vulturius, Lucilius primo.

Vrgeo, non vrgo. Virgilius:

Quibuſve vrgentur pœnæ.

Vngo, vnxi, quomodo pingo, pinxi: vtrunque ſine u: attamen deriuatum u addit: vt, pinguis, vnguine carpas. ita vt vnguentum, non vngentum dicatur.

Verbum, eſt omne quod lingua profertur & voce: ſermo autem, cum nomen ex duobus compoſitum, ſerendo & monendo, comptior ac diligentior ſit ſententia vero quæ ſenſu concipitur. Porro loquela, cum quadam eloquentia dictionis, ordo profertur. Oratio, quum vſque ad manuum artem deſcribendus oratoris ſermo peruenit.

Libri de Orthographia finis.

BEDÆ PRESBYTERI DE ARITHMETICIS NVMERIS LIBER.

NVmerus, eſt multitudo ex vnitatibus conſtituta: nam vnio ſemel, non poteſt eſſe numerus. Arithmetica autem eſt diſciplina numerorum. Græci enim numerum, ῥυθμὸν vocant. Numeri diſciplinam apud Græcos primum Pythagoram perhibent conſcripſiſſe: ac deinde à Nicomacho diffuſius eſſe diſpoſitam. Quam apud Latinos primũ Apuleius, deinde Boetius tranſtulerunt. Numero, nummus nomen dedit, & à ſui frequentatione vocabulum ei indidit. Vnus, à Græco nomen trahit: Græcenim

vnum,

[illegible] res, qu[illegible] ap-pellant. [illegible] quadrata [illegible] lingua et[illegible] [illegible] etiam ex aliqua parte [illegible] quando & [illegible] [illegible] circulis [illegible] [illegible] anni [illegible] confundimus, [illegible] Tolle n[illegible], & omnia pereunt. A[illegible]

[illegible] complectentur, [illegible] à cæteris animalibus, [illegible] ne-[illegible]. Diuiſio numerorum, de pa[illegible] & [illegible] [illegible]. Numerus [illegible] diuiditur in pa[illegible] in im-paribus. [illegible] diuiditur in [illegible] pariter, [illegible]. Par impar numerus, diuiditur in [illegible]: Primum & [illegible]: ſecundum & compoſitum: tertium medlocrem, [illegible] quodammodo primus & compoſitus. At videamus o[illegible] & figuram numerorum.

Cardinales numeri.	*Ordinales numeri.*	*Diſtributiui numeri.*	*Aduerbiales numeri.*	*Ponderales numeri.*
[illegible]	[illegible] primum	S[illegible] la	[illegible]	Simplum
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	duplum
[illegible]	[illegible]	terni ternæ terna	ter	triplum
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	quadruplum
[illegible]	[illegible] tum	quini [illegible] quina	[illegible]es	q[illegible]plum
[illegible]	[illegible]	[illegible]	ſexies	ſextuplum
[illegible]	[illegible]	[illegible] na	[illegible]	ſeptuplum
[illegible]	[illegible]	[illegible] na	[illegible]	octuplum
[illegible]	[illegible]	noueni [illegible] na	[illegible]	noncuplum
[illegible]	[illegible]	d[illegible] na	[illegible]	decuplum
[illegible]	[illegible]	v[illegible] næ na	[illegible]es	vndecuplum
[illegible]	[illegible]	d[illegible] na	duodecies	duodecuplum
[illegible]	[illegible]	[illegible] na	[illegible]	tredecuplum
[illegible]	[illegible]	[illegible] næ na	[illegible]es	quaterdecuplum
[illegible]	[illegible] mum	[illegible] næ na	[illegible]	quindecuplum
[illegible]	[illegible]	[illegible] næ na	ſedecies	ſedecuplum
[illegible]	[illegible] mum.	[illegible] næ na	[illegible]decies	ſeptieſdecuplum
[illegible]	[illegible]	[illegible] na	[illegible]	octieſdecuplum
[illegible]	[illegible] mum.	[illegible] næ na	non[illegible]decies	no[illegible]decuplum
[illegible]	[illegible]	[illegible] na	vigies	[illegible]decuplum
[illegible]	[illegible]	[illegible] na	[illegible]ies	[illegible]decuplum
[illegible]	[illegible]	[illegible] na	[illegible]	quadrageſdecuplum
[illegible]	[illegible]	[illegible] næ na	[illegible]ies	quinquageſdecuplum
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]decuplum
[illegible]	[illegible]	[illegible] na	[illegible]	[illegible]decuplum
[illegible]	[illegible]	[illegible] na	[illegible]es	octua[illegible]decuplum
[illegible]	[illegible]	[illegible] na	[illegible]	[illegible]decuplum
[illegible]	[illegible]	[illegible] næ na	[illegible]	centuplum
[illegible]	[illegible]	[illegible] na	[illegible]es	ducentuplum
[illegible]	[illegible]	[illegible] na	[illegible]	tricentuplum
[illegible]	[illegible]	quadringeni næ na	[illegible]ies	quadringentuplum
[illegible]millia	[illegible]	[illegible] na	[illegible]	quingentuplum
[illegible]	[illegible]	[illegible] na	[illegible]	ſexcentuplum
[illegible]millia	[illegible]	[illegible] na	ſeptingenties	ſeptingentuplum
[illegible]millia	[illegible] a um	[illegible] na	[illegible]	octingentuplum
[illegible] millia	[illegible]	[illegible] na	[illegible]	nongentuplum
decem millia	millenimus decimus a um	[illegible] na	[illegible]	millecuplum.
		[illegible]	milies	

Diſtat enim inter Sextuplum & Seſ[illegible] [illegible] de multipli[illegible] genere, vbi minor à maiore ſexies habetur. Seſ[illegible] vero, [illegible] genere, vbi minor à maiore [illegible] dimidia habetur.

DE DIVERSIS SPECIEBVS NVMERORVM.

Plures igitur ſpecies numerus habet, ſed tamen omnes ab vna origine naſcuntur: quia aut Cardinales ſunt numeri (vt iam diximus) veluti Vnus, duo, tres, quatuor, quinque, ſex, ſeptem, & cæteri iuxta hunc ordinem. Aut ordinales, velut primus, ſecundus, tertius, quartus, quintus, ſextus, ſeptimus, & cæteri. Aut aduerbiales, vt ſemel, bis, ter, quater, quinquies, ſexies, ſepties, octies, nonies, & reliqui. Aut diſpertini, vt ſinguli bini, terni vel trini, quaterni, quini, ſeni, ſepteni, octoni, & cæteri. Aut ponderales: vt ſimplum, duplum, triplum, quadruplum, quintuplum, & cæteri.

Aut denunciatiui: vt
Solus, alter, vel alius.
Inſuper verò ad alios numeros reuertere.

Sunt item numeri multiplicatiui: vt
Simplex, duplex, triplex, quadruplex, quintuplex, ſextuplex, ſeptuplex, octuplex, & cæteri.

Sunt item aduerbialiter prolati: vt
Simpliciter, dupliciter, tripliciter, quadrupliciter, quintupliciter, ſextupliciter, & reliqui.

Sunt & aliæ ſpecies deriuatorum numerorum, à ſuperioribus deriuatæ: velut eſt, Singularis, dualis, ternarius, quaternarius, quinarius, ſenarius, ſeptenarius, octonarius, nouenarius, denarius, vndenarius, duodenarius, & cæteri his ſimiles. Poteſt etiam in adiectiuo hic modus numerandi perduci: veluti, Ternaria ternarium, quaternaria quaternarium, quinaria quinarium, ſenaria ſenarium, ſeptenaria ſeptenarium, octonaria octonarium, nouenaria nouenarium, denaria denarium, vndenaria vndenarium, duodenaria duodenarium: atque in hunc modum cæteri.

Item, quæ ex aſſe componuntur:
Aſſis duſſis rarum, vel dipondius: treſſis, quadraſſis, quinquaſſis, ſexis, ſeptuſſis, octuſſis, nonuſſis, deſſis vel decuſsis vigeſſis, trigeſſis, quadrageſſis, quinquageſsis, ſexageſsis, ſeptuageſsis, octuageſsis, nonageſſis, centuſsis. Poſt quem numerum (teſte Varrone) non componuntur cum aſſe numeri.

Item, nomina vnciarum: vt
Deunx, dextans, dodrans, beſsis vel beſſe, ſeptunx, quincunx vel quincunx, triens, quadrans, ſextans, ſexcunx, ſextula, libra.

Item, à libra compoſita: vt
Bilibris, trilibris, quadrilibris, & ſimilia alia.

Item, ab anno deriuata: vt
Anniculus vel annuus, biennis, triénis, quadriennis, quinquennis, & his ſimilia.

Item, à menſe compoſita.
Bimus, trimus, quadrimus, &c. Bimulus. &c.
Bimeſtre, trimeſtre, quadrimeſtre: &c.

Item, à pede compoſita.
Bipes, tripes, quadripes vel quadrupes, &c.
Bidepalia, tridepalia, quadrupedalia, &c. nouempedalia, decempedalia, centipedalia, &c.

Item, à capite compoſita.
Biceps, triceps, quadriceps, centiceps, &c.

Item, à faria compoſita: vt
Bifaria, trifaria, quadrifaria, quinquefaria, &c. multifaria, &c. Etiam bifariàm, trifariàm, quadrifariàm, quinquefariàm, &c. multifariàm. & his ſimilia.

Item, à die compoſita.
Biduum, triduum, quatriduum, & his ſimilia.

Item, à corpore compoſita.
Bicorpor, tricorpor, & his ſimilia.

Item, à patens compoſita.
Bipatens, tripatens, & cætera his ſimilia.

Item à parte compoſita.
Bipartiens, tripartiens, quadripartiens, quinquepartiens, &c. Etiam Bipartitus bipartita bipartitum, tripartitus, tripartita tripartitum, quadripartitus quadripartita quadripartitum, quinquepartitus quinquepartita quinquepartitum. & his ſimilia.

Item à lingua compoſita.
Bilinguis, trilinguis, quadrilinguis, quinquelinguis, centilinguis: & ſimilia.

Item à via compoſita.
Biuium, triuium, quadriuium: multiuium, &c.

Item à fide compoſita.
Bifidum, trifidum, quadrifidum, & his ſimilia. Etiam Bifidus bifida, trifidus trifida, quadrifidus quadrifida: & ſimilia.

Item à ſulco compoſita.
Biſulcus, triſulcus: & ſimilia.

Item à gemino compoſita.
Geminus, tergeminus, centigeminus: &c.

Item à manu compoſita.
Vnimanus, centimanus, & ſimilia.

Item à digito compoſita.
Bidigitus, tridigitus: &c. ſedigitus, & ſimilia.

Item ab oculo compoſita.
Monoculus, binoculus: centoculus, milloculus: & his ſimilia.

Item à forma compoſita.
Vniformis, biformis, triformis, quadriformis: & his ſimilia.

Item à viro compoſita.
Duumuir, triumuir, quinqueuir, ſextumuir, ſeptemuir, decemuir, centumuir, & ſimilia. eſt vnus ex duobus viris: vnus ex tribus viris: vnus ex quinque viris: vnus ex ſeptemuiris: vnus ex decemuiris: &c. dignitas quædam eſt inter homines, qui Reipublicæ inſeruiunt. Etiam in plurali: Duumuiri triumuiri ſextumuiri decemuiri: & cæteri.

Item ab angulo compoſita.
Triangulum, quadrangulum, quinquangulum, ſexangulum, & ſimilia.

Item: Dinummus, trinummus: &c.
Item: Diobolaris, triobolaris: &c.
Item: Bigæ, trigæ, quadrigæ: & ſimilia.
Item: Bijugus & bigatinum, trijugum, quadrijugum: & ſimilia.
Item: Bigamus, trigamus: & ſimilia.

MENSA PYTHAGORICA,

ſiue Abacus numerandi.

PRIMA PARS MENSÆ PYTHAGORICÆ.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
2	4	6	8	10	12	14	16	18	20	22	24
3	6	9	12	15	18	21	24	27	30	33	36
4	8	12	16	20	24	28	32	36	40	44	48
5	10	15	20	25	30	35	40	45	50	55	60
6	12	18	24	30	36	42	48	54	60	66	72
7	14	21	28	35	42	49	56	63	70	77	84
8	16	24	32	40	48	56	64	72	80	83	56
9	18	27	36	45	54	63	72	81	90	99	108
10	20	30	40	50	60	70	80	90	100	110	120
11	22	33	44	55	66	77	83	99	110	121	131
12	24	36	48	60	72	84	96	108	120	132	144
13	26	39	52	65	78	91	104	117	130	143	156
14	28	42	56	70	84	98	112	126	140	154	168
15	30	45	60	75	90	105	120	135	150	165	180
16	32	48	64	80	96	112	128	144	160	176	192
17	34	51	68	85	102	119	136	153	170	187	204
18	36	54	72	90	108	126	144	162	180	198	216
19	38	57	76	95	114	133	152	171	190	209	228
20	40	60	80	100	120	140	160	180	200	210	240
28	56	84	112	140	168	196	224	252	280	308	336
30	60	90	120	150	180	210	240	270	300	330	360
40	80	120	160	200	240	280	320	360	400	440	480
50	100	150	200	250	300	350	400	450	500	550	600
59	118	177	236	295	354	413	472	531	590	649	708
60	120	180	240	300	360	420	480	540	600	660	720
70	140	210	280	350	420	490	560	630	700	770	840
80	160	240	320	400	480	540	640	720	800	880	960
90	180	270	360	450	540	630	720	810	900	990	1080
100	200	300	400	500	600	700	800	900	1000	1100	1200
200	400	600	800	1000	1200	1400	1600	1800	2000	2200	2400
300	600	900	1200	1500	1800	2100	2400	2700	3000	3300	3600
400	800	1200	1600	2000	2400	2800	3200	3600	4000	4400	4800
500	1000	1500	2000	2500	3000	3500	4000	4500	5000	5500	6000
600	1200	1800	2400	3000	3600	4200	4800	5400	6000	6600	7200
700	1400	2100	2800	3500	4200	4090	5600	6300	7000	7700	8400
800	1600	2400	3200	4000	4800	5600	6400	7200	8000	8800	9600
900	1800	2700	3600	4500	5400	6300	7200	8100	9000	9900	10800
1000	2000	3000	4000	5000	6000	7000	8000	9000	10000	11000	12000

RESIDVVM PRIMAE PARTIS.

13	14	15	16	17	18	19	20	28	30	40
26	23	30	32	34	36	38	40	56	60	80
39	42	45	48	51	54	57	60	84	90	120
52	56	60	64	68	72	76	80	112	120	160
65	70	75	80	85	90	95	100	140	150	200
78	84	90	96	102	108	114	120	168	180	240
91	98	105	112	119	126	133	140	196	210	280
104	112	120	128	136	144	152	160	224	240	320
117	126	135	144	153	162	171	180	252	270	360
130	140	150	160	170	180	190	200	280	300	400
143	154	165	176	187	198	209	220	308	330	440
156	168	180	192	204	216	228	240	336	360	480
169	182	195	208	221	234	247	260	364	390	520
182	196	210	224	238	252	266	280	392	420	560
195	210	225	240	255	270	285	300	420	450	600
208	224	240	256	272	288	304	320	448	480	640
221	238	255	272	289	306	323	340	475	510	630
233	252	270	288	306	324	342	360	504	540	720
247	266	285	304	323	342	361	380	532	570	760
260	280	300	320	340	360	380	400	560	600	9000
364	392	420	348	476	504	532	560	784	840	1120
390	420	450	480	510	540	570	600	840	900	1200
520	560	600	640	680	720	760	800	1120	1200	1600
650	700	750	800	850	900	950	1000	1400	1500	2000
767	826	885	944	1003	1602	1121	1180	1652	1770	2360
790	840	900	960	1020	1080	1140	1200	1680	1800	2400
910	980	1050	1120	1190	1260	1330	1400	1960	2100	2800
1040	1120	1200	1280	1360	1440	1520	1600	2240	2400	3200
1170	1260	1350	1440	1530	1620	1710	1800	2520	2700	3600
1300	1400	1500	1600	1700	1800	1900	2000	2800	3000	4000
2600	2800	3000	3200	3400	3600	3800	4000	5600	6000	8000
3800	4200	4500	4800	5100	5400	5700	6000	8400	9000	12000
5200	5600	6000	6400	6800	7200	7600	8000	11200	12000	16000
6500	7000	7500	8000	8500	9000	9500	10000	14000	15000	20000
7800	8400	9000	8600	10200	10800	11400	12000	16800	18000	24000
9100	9900	10500	11200	11900	12606	13300	14000	19600	21000	28000
1400	11200	12000	12800	13600	14400	15200	16000	22400	24000	32000
11700	12600	13500	14400	15300	16200	17100	18000	25200	27000	36000
13000	14000	15000	16000	17000	18000	19000	20000	28000	30000	40000

Primæ partis menſæ Pythagoricæ finis.

SECVNDA PARS MENSAE PYTHAGORICAE.

1	50	59	60	70	80	90	100	200	300	400
2	100	118	120	140	160	180	200	400	600	800
3	150	177	180	210	240	270	300	600	900	1100
4	200	236	240	280	320	360	400	800	1200	1600
5	250	295	300	350	400	450	500	1000	1500	2000
6	300	354	360	420	480	540	600	1200	1800	2400
7	350	413	420	490	560	630	700	1400	2100	2800
8	400	472	480	560	640	720	800	1700	2400	3200
9	450	531	540	630	720	810	900	1800	2600	3600
10	500	590	600	700	800	900	1000	2000	3000	4000
11	550	649	660	770	880	990	1100	2200	3300	4400
12	600	708	720	840	960	1080	1200	2400	3600	4800
13	650	767	780	910	1040	1170	1300	2600	3900	5200
14	700	826	840	980	1120	1260	1400	2800	4200	5600
15	750	885	900	1050	1200	1350	1500	3000	4500	6000
16	800	944	960	1120	1280	1440	1600	3200	4800	6400
17	850	1003	1020	1190	1360	1530	1700	3400	5100	6800
18	900	1062	1080	1260	1440	1620	1800	3600	5400	7200
19	950	1121	1140	1330	1520	1710	1900	3800	5700	7600
20	1000	1180	1200	1400	1600	1800	2000	4000	6000	8000
29	1400	1652	1680	1960	2240	2520	2800	4600	8400	11200
30	1500	1770	1800	2100	2400	2700	3000	6000	9000	12000
40	2000	2360	2400	2800	3200	3600	4000	8000	12000	16000
50	2500	2950	3000	3500	4000	4500	5000	10000	15000	20000
59	2950	3481	3540	4130	4720	5310	5900	11800	17700	23600
60	3000	3540	3600	4200	4800	5400	6000	12000	18000	24000
70	3500	4130	4200	4900	5600	6300	7000	14000	21000	28000
80	4000	4720	4800	5600	6400	7200	8000	16000	24000	32000
90	4500	5310	5400	6300	7200	8100	9000	18000	27000	36000
100	5000	5900	6000	7000	8000	9000	10000	20000	30000	40000
200	10000	11800	12000	14000	16000	18000	20000	40000	60000	80000
300	15000	17700	18000	21000	24000	27000	50000	60000	90000	120000
400	20000	23600	24000	28000	32000	36000	40000	80000	102000	160000
500	25000	29500	30000	35000	40000	45000	50000	100000	150000	200000
600	30000	35400	63000	42000	48000	54000	60000	120000	180000	240000
700	35000	41300	42000	48000	56000	63000	70000	140000	210000	280000
800	40000	47200	48000	56000	64000	72000	80000	160000	240000	320000
900	45000	53100	54000	63000	72000	81000	90000	130000	270000	306000
1000	50000	59000	60000	70000	80000	90000	100000	200000	300000	400000

RESIDVVM SECVNDAE PARTIS.

500	600	700	800	900	1000
1000	1200	1400	1600	1800	2000
1500	1800	2100	2400	2700	3080
2000	2400	2800	3200	3600	4000
2500	3000	3500	4000	4500	5000
3000	3600	4200	4800	5400	6000
3500	4200	4900	5600	6300	7000
4000	4800	5600	6400	7200	8000
4500	5400	6300	7200	8100	9000
5000	6000	7000	8000	9000	10000
5500	6600	7700	8800	9900	11000
6000	7200	8400	9600	10800	12000
6500	7800	9100	10400	11700	13000
7000	8400	9800	11200	12600	14000
7500	9000	10500	12000	13500	15000
8000	9600	11200	12800	14400	16000
8500	10200	11900	13600	15300	17000
9000	10800	12600	14400	16200	18000
9500	11400	13300	15200	17100	19000
10000	12000	14000	16000	18000	20000
14000	16800	19600	22400	25200	28000
15000	18000	21000	24000	27000	30000
20000	24000	28000	33000	36000	40000
25000	30000	35000	40000	45000	50000
29500	35400	41300	47200	53100	59000
30000	36000	42000	48000	54000	60000
35000	42000	49000	56000	63000	70000
40000	48000	56000	64000	72000	80000
45000	54000	63000	72000	81000	90000
50000	60000	70000	80000	90000	100000
100000	120000	140000	160000	180000	200000
150000	180000	210000	240000	270000	300000
200000	240000	280000	320000	360000	400000
250000	300000	350000	400000	450000	500000
300000	360000	420000	480000	540000	600000
350000	420000	490000	560000	630000	700000
400000	480000	560000	640000	720000	800000
450000	540000	630000	720000	810000	900000
500000	600000	700000	800000	900000	1000000

Menſæ Pythagoricæ finis.

NVMERALES LITERAE.

Septem literæ in alphabeto ſunt, quæ dinumerationibus inſeruiunt: ſcilicet,

I V X C L D M.
aut hæ, quod idem eſt,
j v x c l d m.

Quarum literarum valor talis eſt,

I, vel j. valet	Vnum	1
V valet	Quinque.	5
X valet	Decem.	10
L valet	Quinquaginta.	50
C valet	Centum.	100
D valet	Quingenta.	500
M valet	Mille.	1000

Hæ autem literæ, non modò valent pro vnitatibus & denarijs & centurijs, vt hic vides: ſed etiam pro millenarijs, vt ſequitur, linea tamen ſuperpoſita: quoniam

$\overline{\text{I}}$ valet quoque Vnum Mille.	1000
$\overline{\text{V}}$ valet Quinque millia.	5000
$\overline{\text{X}}$ valet Decem millia.	10000
$\overline{\text{L}}$ Quinquaginta millia.	50000
$\overline{\text{C}}$ valet Centum millia.	100000
$\overline{\text{D}}$ Quingenta millia.	500000
$\overline{\text{M}}$ valet Millies mille.	1000000

Quare nonnulli eundem numerum ſic notabant $\overline{\text{MM}}$.

Sic ex iſtis ſeptem Literis, poteſt quiuis dinumerationem diſcretè in infinitum ducere.

BEDÆ PRESBYTERI DE COMPVTO DIALOGVS.

AVguſtinus dixit de quatuor diuiſionibus ſcripturæ, Quatuor neceſſaria ſunt in eccleſia Dei: Canon diuinus, in quo narratur & replicatur vita futura. Hiſtoria in qua rerum geſta narrantur. Numerus, in quo facta futurorum & ſolennitates Diuinæ diuulgantur. Grammatica, in qua verborum ſcientia intelligitur. Igitur quatuor ſunt partes Scripturæ:

Canon diuinus.
Hiſtoria.
Numerus.
Grammatica.

Iſtæ autem diuiſiones, ſunt quaſi Scripturæ quatuor fundamenta. Iſidorus in Computi laude dicit: Ratio numerorum contemnenda non eſt. In multis locis ſanctarum ſcripturarum, quantum myſterium habet, elucet. Non enim fruſtra in laudibus Dei dictum eſt: Omnia in menſura & numero & pondere feciſti. Senarius nanque numerus, qui partibus ſuis perfectus eſt, perfectionem mundi quadam numeri ſui ſignificatione declarat. Similiter & quadraginta dies, quibus Moſes & Elias & ipſe Dominus ieiunauerunt, ſine numerorum cognitione non intelliguntur. Sic & alij in ſcripturis ſacris numeri exiſtunt, quorum figuras non niſi noti huius artis ſcientiæ ſoluere poſſunt. Datum etiam nobis eſt, ex aliqua parte ſub numerorum conſiſtere diſciplina, quando menſium curricula diſputamus, quando anni ſpacium redeuntis per numerum agnoſcimus. Per numerum ſiquidem ne confundamur, inſtruimur. Tolle numerum à rebus omnibus, & omnia pereunt. Adime ſeculo computum, & omnia cæca ignorantia complectitur. Nec differri poſſunt à cæteris animalibus, qui calculi neſciunt rationem. DISCIPVLVS: Hæc ergò ratio numerorum vnde primum proceſſit, ſcire nos cupimus. MAGISTER, A Deo ſcilicet: quia omnis ſapientia & ſcientia à Domino Deo eſt, ex quo facta ſunt omnia. DISCIP. Dic ergo quando primum inuenta eſt iſta ratio? MAG. Ex illo tempore, ex quo factæ ſunt creaturæ: hoc eſt, ab origine ſeculi. Tunc enim primum numerus initiatus erat. In Geneſi legitur, Et factum eſt veſpere & mane dies vnus. Tunc ergo dixit, de nocte & die: quando dixit Veſpere, id eſt nox: & Mane, id eſt dies. De numero autem dixit, quando dixit, Dies vnus, ſic ſecundus, ſic tertius, ſic quartus, ſic quintus, ſic ſextus, ſic ſeptimus. Iterum de numero dixit Deus, quando dixit de Sole & Luna: Et ſint in ſigna & tempora & dies & annos. Quis enim poteſt intelligere dies & tempora & annos, niſi per numerum? Inde dixit Boethius: Omnia quæcunque à prima rerum natura conſtructa ſunt, numerorum videntur ratione formata. Hoc enim fuit principale exemplar in animo Conditoris. Hinc enim quatuor elementorum multitudo mutuata eſt: hinc temporum vices: hinc motus aſtrorum, cœlique conuerſio intelligitur. Item Boethius dicit: Propriè ipſa natura numerorum, omnis aſtrorum curſus, omniſque aſtronomica ratio conſtituta eſt. Sic enim ortus occaſuſque colligimus: ſic tarditates velocitateſque errantium ſyderum cuſtodimus: ſic defectus & multiplices Lunæ variationes agnoſcimus. DISCIPVL. Hæc igitur ars, hoc eſt numerus, quod nomen generale habet? MAGISTER: Philoſophia ſcilicet, quia omnis ſapientia, philoſophia nominatur. DISCIPVLVS: Quid eſt philoſophia? cuius linguæ eſt? MAGISTER: Græcum nomen eſt, & interpretatur amor ſcientiæ. φίλος enim apud Græcos, Latine amor dicitur. σοφία vero ſapientia vel ſcientia interpretatur. DISCIPVLVS. Philoſophia quomodo diffinitur? MAGISTER: Iſidorus eam ſic definiuit dicens: Philoſophia eſt rerum humanarum diuinarumque cognitio. In hoc exemplo oſtenditur, quòd omnis ſapientia ſiue diuina ſiue humana, philoſophia nuncupatur. Item alia diſſinitio philoſophiæ: Philoſophia eſt diuinarum humanarumque rerum, inquantum poſſibile eſt, probabilis ſcientia. Item alia diſſinitio philoſophiæ: Philoſophia eſt ars artium, & diſciplina diſciplinarum. DISCIPVLVS, Quot ſunt diuiſiones philoſophiæ? MAGISTER, Tres, id eſt, phyſica, ethica, logica: hoc eſt, naturalis, moralis, rationalis. Vndè Iſidorus dicit: Philoſophiæ ſpecies tripartita eſt. Vna autem naturalis, quæ Græcè φυσικὴ, hoc eſt phyſica: in qua naturæ inquiſitio diſſeritur. Altera verò moralis, quę apud Gręcos ἠθικὴ dicitur, hoc eſt Ethica: in qua de moribus agitur. Et tertia rationalis, quæ Græco vocabulo appellatur λογικὴ, hoc eſt, Logica: in qua diſputando quemadmodum in rerũ cauſis vel vitæ moribus, veritas ipſa quæratur. In phyſica igitur, cauſa quærendi: in ethica, ordo inueniendi: in logica, ratio intelligendi verſatur. Item, Sunt ergò tres philoſophiæ partes, hoc eſt, tres diuiſiones ſapientiæ,

Phyſica, Ethica, Logica.

In his etiam tribus generibus philoſophiæ, eloquia diuina conſiſtunt. Nam aut de natura diſputare ſolent, vt in Geneſi, & in Eccleſiaſte, aut in Prouerbijs, & in epiſtolis Pauli Apoſtoli, aut in Cantica canticorum, & in Euangelijs, & in alijs multis libris: aut de moribus, aut de ſuperioribus myſterijs cœleſtibus, hoc eſt de logica. DISCIPVLVS, Quis ergò inuenit iſtas tres partes philoſophiæ? MAGISTER, Phyſicam inuenit Thales Mileſius, vnus ex ſeptem ſapientibus Græcorum. Ethicam inuenit Socrates. Logicam inuenit Plato philoſophus. DISC. Ad quam igitur partem de his tribus philoſophiæ pertinet computus? MAGIST. Ad phyſicam, ſine dubio. DISC. Phyſica vero quot diuiſiones habet? MAG. Quatuor, id eſt arithmeticam, geometriam, muſicam, aſtronomiam. DISC. Arithmetica quid eſt? MAG. Numerabilis ars. DIS. Geometrica quid eſt? MA. Terræ menſuratio. D. Muſica quid eſt? M. Modulatio. D. Aſtronomia quid eſt? MA. Aſtrorum lex. D. Ex his itaque quatuor diuiſionibus phyſicæ, id eſt, naturalis ſcientiæ, quæ prima diſcenda eſt? M. Arithmetica proculdubio, quæ principium matriſque quodammodo ad cæteras obtinet portionem. Arithmetica enim cunctis prior eſt, quia hanc ille huius mundanæ molis conditor Deus primum ſuæ habuit ratiocinationis exemplar: ex hac cuncta conſtituit, hoc eſt, per numeros omnia elementa conſtituit & ordinauit. D. Quis primus inuenit numerum apud Hebræos & Ægyptios? M. Abraham primus inuenit numerum apud Hebręos, deindè Moſes: & Abraham tradidit iſtam ſcientiam numeri ad Ægyptios, & docuit eos: deinde Ioſephus. D. Quis primus iſtam ſcientiam numeri habuit apud Græcos & Latinos? M. Pythagoras apud Græcos, Apuleius & Boëthius apud Latinos. vnde Iſidorus dicit: Numeri diſciplinam apud Græcos primùm Pythagoriam nuncupant conſcripſiſſe: ac deindè à Nicomacho diffuſius eſſe diſpoſitam: quam apud Latinos Apuleius, & deinde Boetius tranſtulerunt. DISCIP. Quomodo numerus nominatur apud Hebræos & Chaldæos & Syros & Macedones? MAGISTER, Vocatur Nonnan apud Hebræos, Chaldæos & Syros. Apud Macedones calculus. Calculator nomen accepit à calculis, id eſt, lapillis minutis, quos antiqui in manu tenentes componebant numerum. Apud alios Græcos cyclus, vel rhythmus: apud Ægyptios latercus: inde laterculus diminutiuè dicitur: & rima, vndè rimarij appellantur. DISC. Illud nomen quod dicitur numerus, ſimplex ne eſt, an compoſitum? MAG. Compoſitum, ſcilicet ex duobus corruptis. Nume enim ex eo nimine, quod eſt nummus, venit. Rus autem ex eo nomine quod eſt riuus deriuatur. Ex riuo enim nummorum, id eſt, ex multitudine cenſus qui reddebatur regibus vel imperatoribus, numerus nomen accepit. Vndè Iſidorus dicit: Nummus numero nomen dedit, & à ſui frequentatione vocabulum indidit? DISCIP. Numerus, vnde nomen accepit? MAG. A Numeria. Hinc Auguſtinus ait: Numerus, à Numeria quadam dea nominatur, cuius ſacerdotes retrò verſis vultibus offerebant, & poſt oblata munera retrò pergebant. DISC.

Numerus quomodo definitur? M A G. Iſidorus diſſiniuit dicens : Numerus, eſt multitudo ex vnitatibus conſtituta. Nam vnum, ſemen numeri eſſe, non numerum dicimus. Item alius dicit : Vnus, non eſt numerus, ſed ab eo creſcunt numeri. Tamen Donatus etiam vnum pro numero poſuit, dicens: Numerus eſt ſingularis, vt hic magiſter. Item Auguſtinus dicit: Numerus, eſt ſingularis, corporis ac vocis & ſignificationis collectio. Item, Numerus dicitur à numerando, velut ſuprà dictum eſt, à Numeria dea, quam antiqui dicebant deam eſſe numeri: ſiue numerus dicitur, quaſi nummorum ritus. Antiqui enim neſcientes numerare, ex lapillis ſua tempora ſuoſque dies numerabant, in proſperitate candidis, in aduerſitate nigris. Vndè Perſius ait: Hunc Macrine diem numera meliore lapillo. D I S C. Quomodo nominantur numeri ab vno vſque ad mille, & myriadas? M A G I S T E R, Sic nominantur:

Vnum, duo, tria, quatuor, quinque, ſex, ſeptem, octo, nouem, decem.

Vndecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, ſedecim vel ſexdecim, ſeptemdecim vel decemſeptē, octodecim, nouemdecim, viginti.

Vigintivnum, vigintiduo, vigintitria, vigintiquatuor, vigintiquinque, vigintiſex, vigintiſeptem, vigintiocto, vigintinouem, triginta.

Trigintaunum, trigintaduo, trigintatria, trigintaquatuor, trigintaquinque, trigintaſex, trigintaſeptem, trigintaocto, trigintanouem, quadraginta.

Quadragintavnum, quadragintaduo, quadragintatria, quadragintaquatuor, quadragintaquinque, quadragintaſex, quadragintaſeptem, quadragintaocto, quadragintanouem, quinquaginta.

Quinquagintaunum, quinquagintaduo, quinquagintria, quinquagintaquatuor, quinquagintaquinque, quinquagintaſex, quinquagintaſeptem, quinquagintaocto, quinquagintanouem, ſexaginta.

Sexagintavnum, ſexagintaduo, ſexagintatria, ſexagintaquatuor, ſexagintaquinque, ſexagintaſex, ſexagintaſeptē, ſexagintaocto, ſexagintanouem, ſeptuaginta.

Septuagintavnum, ſeptuagintaduo, ſeptuagintatria, ſeptuagintaquatuor, ſeptuagintaquinque, ſeptuagintaſex, ſeptuagintaſeptem, ſeptuagintaocto, ſeptuagintanouem, octoginta.

Octogintaunum, octogintaduo, octogintatria, octogintaquatuor, octogintaquinque, octogintaſex, octogintaocto, octogintanouem, nonaginta.

Nonagintaunum, nonagintaduo, &c.

Centum, centum & vnum, centum & duo, &c.

Ducenta. Trecenta. Quadringenta. Quingenta. Sexcenta. Septingenta. Octingenta. Nongenta. Mille.

Duo millia: tria millia: quatuor millia: quinque millia: ſex millia: ſeptem millia: octo millia: nouem millia: decem millia. Sic conſtat, quòd Decem, decies multiplicatus, centum facit. Centum decies multiplicatus, mille facit. Mille decies multiplicatus, myriadam facit. Sic viginti, duas myriadas: & triginta, tres myriadas: & quadraginta, quatuor myriadas: & quinquaginta, quinque myriadas: & ſexaginta, ſex myriadas: & ſeptuaginta, ſeptē myriadas: & octuaginta, octo myriadas: & nonaginta, nouem myriadas: & centum, decem myriadas: bis centum, viginti myriadas: ter centum, triginta myriadas: quater centum, quadraginta myriadas: quinquies centum, quinquaginta myriadas: ſexies centum, ſexaginta myriadas: ſepties centum, ſeptuaginta myriadas: octies centum, octuaginta myriadas: nonies centum, nonaginta myriadas: decies centena millia, centum myriadas. D I S C I P V L V S, Iſta nomina numeri quæ diximus, per quas notas ſignificantur apud Latinos? M. Per iſtas ſeptem notas : hoc eſt I V X L D C M. D I S. Quomodo illæ notæ ſignificant & multiplicant numeros? M. Aut ſimpliciter ſolæ ſignificant, aut compoſitæ. D. Alia cum alijs, aut multiplicatæ per ſe? M. Simpliciter ſignificant, ſicut eſt I vnus. V ſola quinque. X ſola, decem. L per ſe, quinquaginta. C per ſe, tantum ſignificat centum. D ſola, quingentos. M. ſola, aut cum titulo ſuprà, mille ſignificat. D. Quomodo autem multiplicatæ, per ſe numerum generant? M. Veluti I duplicata ſic, II duos ſignificat. triplicata, III tres. quadruplicata, IIII quatuor. D. Quamobrem I, vnum ſignificat? M. Quid autem conuenientius eſt, quàm illa litera, quæ minima eſt literarum in charactere, vt ſignificaret illum numerum qui minimus eſt in numeris, hoc eſt vnus. Nulla autem nota apud Latinos multiplicatur plus quàm per quatuor vices. Deindè poſt I ſequitur V, quæ quinque ſignificat. D. Ad quid V quinque ſignificat? M. Quia quinta vocalis eſt in ordine vocalium: & qualis eſt in ordine vocalium, talis eſt in numero. Hinc dicitur de quinta litera, quinque virgulis notata: de X litera, decem. Nec V duplicatur, ſed ſequente V, I ponitur in numero. Si vnum I, fiunt ſex: ſi duo, VII ſeptem: ſi tres, VIII octo: ſi quatuor, VIIII nouem: plus non creſcit. Deindè ſequitur X, quæ decem ſignificat. D. Quis oſtendit quòd X decem ſignificat? M. Iſidorus dicit, Nomina literarum apud Græcos, & verba componunt, & numeros faciunt. Latini autem numeros ad literas non componunt, excepta X litera, quæ in figura crucem ſignificat, & in numero decem demonſtrat. Sequente X, I multiplicatur vſque ad XIIII. quod quatuordecim denotat. Deindè ſequitur V, poſt X & fiunt XV. Sequente V, multiplicata I quater ita XVIIII. fiunt nouemdecim. D. Viginti quæ nota ſignificat? M. Litera X duplicata. Bis enim decem habet, ſic XX. propterea dicuntur viginti, quia bis decem genita. Et ſic XXX, triginta, ter decem genita. D. Per qualem notam ſignificantur triginta? M. Per X ter multiplicatam. Et X non multiplicatur plus quàm per tres vices. D. Quadraginta, per qualem notam ſignificantur? M. Per X & L. D. Quadraginta, quare dicuntur? M. Id eſt quater decem genita. (Omnis enim litera numeralis minùs ſignificans, ſi præcedit: tantum demit de ſequenti, quantum in ſe habet: velut I. II. III. IV. pro IIII. V. VI. VII. VIII. VIIII. pro IX. X. XX. XXX. XL. pro XXXX vt quidam volunt. L. LX. LXX. LXXX. LXL vel XC pro LXXXX. C. CC. CCC. CD pro CCCC. D pro CCCCC. DC. DCC. DCCC. CM pro DCCCC. M.)

D. Quæ nota ſignificat Quinquaginta? M. Litera L. Quamobrem? M. Quia numerus principalis in Lege Domini eſt quinquagenarius. Sub illo enim numero cadebat Iubileus, hoc eſt in quinquageſimo anno. Conueniens autem erat, vt ille numerus, qui principatum in Lege veteri obtinet, hoc eſt, quinquagenarius, per illam literam L, quæ prima eſt in illo nomine, quod eſt Lex, ſignificaretur. Sexaginta verò, per L & X. Septuaginta, per L & duo XX. Octoginta, per L & tria XXX. D. Quæ nota ſignificat nonaginta? M. Duæ notæ ſignificant nonaginta, aut X inter duo L, vt LXL. aut X antè C, vt XC. D. Quæ nota ſignificat Centum? M. Litera C. D. Quare? M. Quia prima eſt in illo nomine, quod eſt Centum. Vſus enim erat ſæpè apud veteres, per primam literam nomina ſignificare. D. Vndè dicitur Centum? M. A cantu, hoc eſt circulo: vel à choro cantantium. Mos enim erat apud veteres, centum homines in choro cantantium habere. Centum ideò, à cantu vel à circulo dicitur. C verò duplicata ſic CC, ſignificat ducentos: triplicata CCC, trecentos: quadruplicata CCCC, quadringentos. D. Quæ nota ſignificat quingentos? M. Ipſa D litera. D. Quare? M. Conueniens autem erat, vt in numero prioris literæ, hoc eſt C, finito, illa litera quæ ſequitur in ordine literarum, nempè D, teneret numerum ſequentem, hoc eſt quingentos. Deindè C ſequente D, ſic DC, ſexcentos. Duo CC, ſequentes D, ſic DCC, ſeptingētos. Ter ducta C, ſequēte D, ſic DCCC, fit octingentos. Quater C multiplicata, ſequente D, ſic DCCCC, nongentos ſignificat. Mille autē ſignatur nota M. (vt iā diximus) quoniam ipſa eſt prima litera in hac dictiōe mille. Mille verò, à multitudine procedit: & vſq; ad Centū cētena millia peruenit.

Explicit Literarum numerus.

BEDÆ PRESBYTERI DE DIVISIONIBVS TEMPORVM Liber.

Diuiſiones temporis quot ſunt? MAGISTER. Quatuordecim. DISCIPVLVS. Quæ? MAGIST. Atomus, momentum, minutum, punctus, hora, quadrans, dies, hebdomada, menſis, viciſſitudo triformis, annus, cyclus, ætas, ſæculum, mundus. Hæ itaque diuiſiones temporis quatuordecim, in Solis aſcenſu & in deſcenſu, & in Luna creſcente & decreſcente inueniuntur: & ſic creſcunt de minoribus numeri ad maiora: hoc eſt, ab atomis in momentum, à momento in minutum: à minuto in punctum, à puncto in horam: ab hora in quadrantem: à quadrante in diem: à die in hebdomadam: ab hebdomada in menſem: à menſe in tempus: à tempore in annum: ab anno in cyclum: à cyclo in ætatem: ab ætate in ſæculum: à ſæculo in mundum: deindè plenitudo dicitur mundus. Has autem quatuordecim diuiſiones temporis Iſidorus in libro Etymologiarum quinto, & decimotertio oſtendit, dicens: Tempora dicta ſunt, eo quod diuiduntur atomis, momentis, minutis, punctis, horis, diebus, quadrantibus, hebdomadibus, menſibus, temporibus, annis, luſtris, ætatibus, ſæculis, omnia mortali in mũdo vt & curricula temperentur. D. Quomodo creſcunt maiores numeri de minoribus? M. Sic creſcunt. Quingenti ſexaginta quatuor atomi vnum momentum efficiunt. Quatuor momenta vnum minutum faciunt. Decem minuta, vnum punctum. Quinque puncti in Luna horam faciunt. Sex horæ quadrantem complent. Quatuor quadrantes vnum diem complere videntur. Septem dies hebdomadam faciunt. Quatuor ſeptimanæ vnũ menſem faciunt (ſed talem menſem qui habet dies viginti octo, ſicut eſt Februarius. illi autem quatuor menſes, qui triginta dies habent, ſicut Aprilis, Iunius, September, Nouember, quatuor hebdomadas habent, & duos dies. illi vero alij ſeptem mẽſes, id eſt, Ianuarius, Martius, Maius, Iulius, Auguſtus, October & December, qui triginta & vnum diem habent, quatuor hebdomadas habere videntur, & tres dies. & ſic duodecim menſes in anno colliguntur. Quinquaginta duæ hebdomadæ & vnus dies: quando autem Biſſextus quarto quouis anno fuerit, tunc habet annus duas & quinquaginta hebdomadas, & duos dies.) Tres autem menſes vnum tempus efficiunt: quod tempus, viciſſitudo triformis dicitur, quia tres menſes vnum quodque tempus habet de quatuor temporibus anni, quæ dicuntur ver, æſtas, autumnus, hyems. hæc quatuor tempora vnum annum efficiunt. Quatuor anni, biſſextilem cyclum faciunt: quia poſt quatuor annos peractos, biſſextilis dies interuenit. Item quindecim anni, cyclum Indictionum complent: & nouemdecim anni cyclum Lunarem implere videntur. Æquali numero annorum per decem & nouem annos cyclus epactarum, qui in principio anni apud Romanos, hoc eſt in calendis Ianuarij ponitur, diſcurrit. Æquali ratione & alius cyclus epactarum in principio anni apud Hebræos & Græcos, hoc eſt in vndecimo calendis Aprilis, per decem & nouem annos diſcurrit. Cyclus verò ſolaris, vigintiocto annis curſum ſuum finire perhibetur. Cyclus magnus, in quo concordia inter Solem & Lunam, vſque dum in ſe reuertantur poſt quingentos & trigintaduos annos, tertio anno incipiente, in ſe reuertitur. Tunc eſt vera concordia inter Solem & Lunam, quando ad eundem diem menſis ſecundùm Solem, & ad illum diem ſeptimanæ, ad eaſdem epactas vnde primum cœpit, in vnum diem ſecundum rationem biſſexti & [illegible] ltus conueniunt. Has autem quatuodecim diuiſiones tẽporis, quas diximus, tranſcurrendo, inueſtigare diligentius debemus: primùm interrogandum de prima diuiſione temporis, quam diximus, de atomo.

De atomis.

Atomus ergò quid eſt? cuius linguæ eſt? aut quomodo diſponitur, vel definitur? aut ſi ſimplex nomen eſt, aut compoſitum? MA. Atomus, Græcum nomen eſt, & compoſitum: & interpretatur indiuiſibilis, aut inſecabilis. ἄτομος enim apud Græcos, præpoſitio interpretatur: tomus autem diuiſus vel diuiſibilis. D. Atomus, quomodo diffinitur? M. Iſidorus diffiniuit, dicens: atomos philoſophi dicunt quaſdam in mundo partes minutiſſimas, vt viſui facilè non pateant, nec ſectionem recipiant: huc illucque feruntur, ſicut tenuiſſimi pulueres, qui infuſi per feneſtras radijs Solis fugantur. D. Quot ſunt genera atomorum? M. Quinque. D. Quæ? M. Atomus in corpore, atomus in Sole, atomus in oratione, atomus in numero, atomus in tempore. D. Atomus, in corpore quomodo eſt? M. Quicquid minimum in corporibus, quod ſecari aut diuidi non poteſt, atomus dicitur, veluti ſunt minutiſſima grana arenarum: vt capillus dixit, Findere me nulli poſſunt, præcidere multi. Eſt enim pilus in corpore, qui per longum vix diuidi poteſt. Atomus in Sole, illi tenuiſſimi pulueres, quos diximus radijs Solis fugari. Atomus in oratione, vt eſt litera. Diuidis enim partem orationis quamlibet in ſyllabas. Syllabas diuidis in literam. Literam diuidere non potes. Inde Sergius Græcus dicit: Omnis oratio ſoluitur in verba, verba denuò ſoluuntur in ſyllabas, ſyllabæ ſoluuntur rurſum in literas: ſola litera non habet, in quo ſoluatur. Ideò à Philoſophis atomus dicitur. DISCIPVLVS, Quomodo eſt atomus in numero? MAGISTER, Sic autem eſt: Octo diuidis in bis quaternos, quatuor diuidis in bis binos, duos diuidis in bis, vnus eſt: vnum diuidere non potes. propter hoc, atomus dicitur in numero. DISCIPVLVS, Quomodo eſt atomus in tempore? MAGISTER, Sic eſt: Momentum diuidis in duodecim partes, vnamquanque partem de duodecim partibus momenti diuidis in quadraginta ſeptem partes, quadrageſima ſeptima pars, quingenteſima ſexageſima quarta pars momenti. Sic eſt atomus in tempore: Si autem colligis ſimul quadragintaſeptem duodecies, inuenies quingentos ſexagintaquatuor atomos. Et tãtus numerus atomorum facit vnum momentum.

De momento.

Momentum quid eſt, & quomdo diffinitur ſecundùm ſonum, hoc eſt ſecundùm ſuperficiem & ſecundum ſenſum, vel ſecundùm ſubſtantiam, quæ intus latet in ſono? MAG. Sic diffinitur momentum ſecũdùm ſonum: Iſidorus dicit, Momentum enim eſt minutum atque anguſtiſſimum tempus, à motu ſyderum dictum, hoc eſt à motu Solis & Lunæ. Eſt enim extremitas horæ in breuibus interuallis, quum ſol ſibi aliquid cedit atque ſuccedit. DISCIPVLVS, Quot ſunt genera momenti? MAG. Quatuor. DISCIPVLVS, Quæ? MAGIST. Momentum indiuiſibile, vt Iſaias dicit: Cui reputatæ ſunt Gentes, quaſi momenti in ſtatera. DISCIPVLVS, Quomodo agnoſcitur momẽtum? MAG. Auguſtinus dicit: Vnum momentum eſt certiſſimus lectus Solis in cœlo, & per quadraginta vices iam hora eſt. Secundum momentum eſt, quando iacis lapidem in aquam, vſq; aqua ceſſat de motu, vel lignũ quod cadit, vſq; ceſſant rami eius de motu. Tertium momentum eſt indiuiſibile, vt Paulus dicit: Omnia facta ſunt in momento, id eſt, in ſumma celeritate. Quartum momentum eſt, quamdiu palpebræ requieſcunt. Quatuor momenta vnum minutum faciunt.

De minuto.

Minutum vnde dictum eſt? MAGISTER, Iſidorus dicit, Minutũ dictũ à minuendo: quia duo momẽta & duæ partes tertij momenti minuuntur de tenebris in vnoquoque die, ab vndecimo calendarum Aprilis, vſque in duodecimum calendarum Iulij. DISCIPVLVS,

M[illegible] quomodo [illegible]? M[illegible]r, Iſidorus diffiniuit d[illegible] M[illegible] minùs momentum, quo minus [illegible], ſed mane [illegible]. Duo minuta & dimidium, hoc eſt decem momenta vnum punctum faciunt.

De punctis.

PVnctus vnde dictus eſt? Mag. Iſidorus oſtēdit, quum dixit: Punctus à pungendo dictus eſt, eo quòd quibuſdam punctionibus certæ deſignationis in horologijs deſignantur. Punctus, eſt opuſillorum qui horologium faciunt. Nam in fine vndecimæ lineæ punctum ponebant. Punctum Græcè, Latinè mediū, quia in medio mundi eſt Hieruſalem, vbi horologiū primitùs factum eſt cum ſuis punctis. Punctus autem tres partes habet. Quatuor puncti ſunt quadraginta momenta, & vnam horam faciunt.

De hora.

HOra, à quo nomen accepit? Magist. Hora, de horo, id eſt Sole nomen traxit. Discipvlvs, Hora, cuius linguæ eſt, & quomodo diffinitur? Mag. Hora Grę cum nomen eſt, & interpretatur finis vel tempus. Disc. Horologium quid eſt? Mag. Hora, finis vel tempus, locus, ſeries vel vmbra interpretatur. Inde horologium, vmbra vel ſeries, finiumq; temporum, quia in horologio, tēpora per vmbras menſurantur. Disc. Quis primus inuenit horologium? Magis. Achaz rex Iuda. Quidam enim horologium apud ædem Quirini primùm ſtatutum dicunt. Oras maris & fluuiorum & veſtimentorū dicimus, id eſt, extremitates ſiue terminos. Hora autem, finis temporis eſt. Disc. Quomodo diſcernitur in orthographia inter oras maris & fluuiorum & veſtimentorum, & inter horam temporis? Mag. Oras maris & fluuiorum & veſtimentorum quando dicimus, ſine aſpiratione profertur: hora autem, hoc eſt finis temporis, cùm aſpiratione. Sex horæ, vnum quadrantem faciunt.

De quadrante.

QVadrans quid eſt, & quomodo vocatur, vel quomodo diffinitur apud Hebræos, Græcos & Latinos? Magist. Sic diffinitur: Quadrans dicitur à quarta parte vnciæ, qui alio nomine dicitur ſicilic', id eſt, ſex ſcrupuli, quem Hebræi quadrantem, Græci verò dodrantem, Latini quadrantem vocant. Dicitur etiam & quadrans maior, qui habet tres vncias, hoc eſt quarta pars aſſis. aſſis enim duodecim vncias habet. ſic etiam & quadrans in tempore ſex horarum, quarta pars eſt diei naturalis, quia quatuor quadrantes vnum diem perficiunt, qui dies habet horas vigintiquatuor.

De die.

DIes vnde nomen accepit? Magist. A diuiſione, eo quòd diuidat lucem à tenebris. Siue dies dicti ſunt à dijs, quorum nomina Romani quibuſdam ſyderibus ſacrauerunt. Item dies dicitur, eo quòd lucem & tenebras disiungat, ac diuidat, & appellatiuè dicitur dux operum, & abſentia tenebrarum. Ema in Hebræos, hemera in Græco, dies in Latino. Discip. Quid primitus fuit dies aut nox? Mag. Dies vtiq;: quia primo die condidit Deus lucem, vt Iſidorus ait, & Auguſtinus confirmat. Disc. Si nox ante diem aut poſt diem? Mag. Diei adſcribitur, vt Hieronymus reuelauit: Nox eſt enim initium diei, non finis præteriti, quia ante crucem Chriſti dies præcedebat noctem, nunc autem poſt Reſurrectionem Domini nox præcedit diem. Discipvlvs, Quot ſunt ianuæ diei? Magister, Quatuor. Apud Chaldæos ab ortu Solis vſque ad ortum Solis. Apud Ægyptios ab occaſu Solis vſque ad occaſum Solis. Apud Hebræos ab hora ſexta vſq; ad horam ſextam, quia noctem non computabant Hebræi. Apud Romanos à media nocte, vſque ad mediam noctem.

Discipvlvs, Dies quomodo diffinitur? Magister, Iſidorus diffiniuit, dicens: Dies legitimus eſt vigintiquatuor horarum, vſque dies & nox ſpatia ſui curſus ab Oriente in Occidentem, Solis ſui volubilitate concludat. Discipvlvs, Quibus modis dies dicitur? Magister, Duobus. Discipvlvs, Qui ſunt? Magister, Dies naturalis & dies artificialis. Discipvlvs. Dies naturalis quid eſt? Magister, Dies legitimus, ab ortu Solis, donec rurſus oriatur: & ille dies habet vigintiquatuor horas in ſe. Discipvlvs. Quot ſunt diuiſiones diei naturalis? Magister, Duæ, id eſt, dies & nox. Inde Iſidorus dicit: Spacia diei naturalis duo ſunt: interdianum ſcilicet, & nocturnum. Quando dicit Interdianum ſpacium, diem ſignificat: nocturnum ſpacium, nox eſt. Discipvlvs, Quis ergò demonſtrat, quòd dies & nox ſimul dicitur? Magister, In Scriptura diuina oſtenditur, vbi legitur, Et factum eſt veſpere (hoc eſt nox) & manè, dies vnus. Tunc oſtendit quòd nox & dies, ſimul dies nuncupantur. Discipvlvs, Quis eſt ergò ille dies artificialis? Magister, Ab ortu Solis vſque ad Occaſum, dies artificialis dicitur, id eſt, præſentia Solis ſuper terram. Vndè Iſidorus dicit: Dies, præſentia Solis eſt, ſiue ſol ſuper terram: ſicut nox dicitur abſentia Solis, id eſt, Sol ſub terris. Diffinitio diei bifariè diuiditur, hoc eſt [illegible], id eſt, abuſiuè: & naturaliter, id eſt, propriè. Discipvlvs, Quomodo ergò dies naturalis & dies artificialis [illegible] diffinitur? Magister, Iſidorus diffiniuit, dicens: Dies geminè appellari ſolet: propriè, ab ortu Solis, donec rurſus oriatur: abuſiuè, dies ab ortu Solis, quouſque ad occaſum perueniat. Discipvlvs, Quot ſunt ſpatia artificialis diei? Magister, Tria. Discipvlvs, Quæ? Magister, Mane, meridies, & ſuprema. Discipvlvs, Mane quid eſt, & quomodo diffinitur, vel quot horas habet? Magister, Mane dicitur ab ortu Solis, vſque ad horam poſt tertiam: meridies, ab hora poſt tertiam, vſque ad horam ante nonam: ſuprema, ab hora ante nonam vſque ad occaſum Solis. Discipvlvs, Manè ergò quomodo diffinitur? Magister, Iſidorus diffiniuit dicens, Mane lux matutina & plena, & dictum mane à mano. Manum enim antiqui, bonum dicebant. Quid enim melius luce? Propterea veteres manum diem appellabant, ſcilicet à puritate. Siue ergò mane dicitur à manibus, id eſt, dijs infernorum. Gentiles enim æſtimabant, quando ſol recedit, vt dij infernorum illum ad ſe traxiſſent. Discipvlvs, Meridies quomodo diffinitur? Magister, Iſidorus diffiniuit, dicens: Meridies dicitur quaſi purus dies. In toto enim die nihil purius meridie. Antiqui enim merum, purum dicebant. Discipvlvs, Supremum quare dicitur? Magist. Quaſi ſupprimendo. Tunc enim Sol inclinatur ad occaſum. Hæc ergò tria ſpatia, artificialis diei ſunt, & à curſu Solis temperantur. Mane dicitur ab ortu Solis vſque dum ſol aſcenderit in altitudinem cœli. Meridies dicitur, quando per medium cœlum, in altitudine Sol currit. Supremum autem dicitur, quando ſol de altitudine cœli deſcendit ad occaſum. Discipvlvs, Quomodo dies habet initium apud Hebræos & Chaldæos & Ægyptios & Romanos & Perſas? Magister, Dies ſecundùm Hebræos & Athenienſes à ſexta hora diei incipit: quia Hebræi ſecundùm lunam numerant: & ſic computant quaſi media die ætas lunæ comminuetur, aut accendatur. Secundùm Chaldæos & Perſas, ab ortu Solis incipit dies: quia Chaldæi primùm Solem adorabant. Secundùm Ægyptios dies incipit ab occaſu Solis, quando Veſper ſtella oritur, quæ dicitur alio nomine Lucifer, & illam ſtellam Ægyptij primùm adorabant. Secundùm Romanos & Perſas, dies naturalis eſt à media nocte vſque ad mediam noctem, propter illam auctoritatem Hieronymi, qua dixit: Quia in media nocte factus eſt mundus, & in media nocte iterum deſtruetur.

Dies, ſine dubio, ab initio Mundi vſque ad reſurrectionem Chriſti præcedebat noctem: à reſurrectione autem Chriſti vſq; ad iudiciū, nox præcedit diem. Inde Iſidorus

dicit:

[illegible] Dies [illegible] opera Domini, à lumine [illegible], ad ſignificandum hominis lapſum [illegible] vt non dies obſcuretur in [illegible], ſed nox vertatur in diem, ſicut ſcriptum eſt: [illegible].

[illegible] diuina Lege ſignificat: nox verò [illegible] ſecundum Prophetæ [illegible] matrem tuam, facta eſt populus [illegible] non habens ſcientiam: quaſi dixiſſet, [illegible]. Nonnunquam dies pro proſperitate ſi- [illegible].

[illegible] & vbi primus dies [illegible].

V[illegible] initium finem[illegible] ſortitur? Magister, [illegible] genium [illegible]. Discipvlvs, Quomodo? Magister, [illegible] Chaldæi, & Perſæ [illegible] vmbrarum videntur [illegible]. At contra Ægyptij, ab occaſu [illegible]. Porrò Romani, à media nocte in [illegible], & [illegible] à meridie in meridiem [illegible]. Discipvlvs, Quibus in [illegible]? Magister, Quinto decimo [illegible] Aprilis [illegible] d[illegible] nos [illegible] nondum [illegible] condita ſunt, [illegible] & annos.

De feria.

Feria [illegible]. Et dicitur feria, [illegible]. A ſecunda per[illegible], quæ prima perſona [illegible], deriuatur. [illegible]. Feriæ enim & feſtæ, ſ[illegible] operæ, [illegible] pluralí numero ſunt. Itaque feria (vt [illegible]) [illegible] nomen accepit, poteſt ſabbatum [illegible]. In [illegible] Lege veteri, ſeptimanæ opera [illegible]. Vel [illegible] à fiendo dicitur, vt alij æſtimant: [illegible], cuius poſſibile fieri poteſt, ſal[illegible] nominari. In eo enim die primitùs dictum eſt [illegible] lux. Itaque prima feria, aut prima ſabbati dica[illegible] eſt. [illegible], dum dicitur, Prima feria: quo [illegible] id eſt, prima dies à feria, vt Iſidorus dicit. Secundum Syluestrum Papam, prima feria dicitur quaſi prima dies. A fando autem feriæ nuncupatæ ſunt, [illegible] in his nobis tempus ditionis, id eſt, diuino iudicio [illegible] mano officio fari. Omnes autem hebdomadæ dies, [illegible] nominantur. Discipvlvs, Quis [illegible] primum ſeptimanum, & dies ſeptimanæ [illegible] nuncupauit? Magister, Deus ſine dubio, qui in ſex diebus omnes creaturas creauit, & in ſeptimo die requieuit. Hinc ipſe Dominus in Lege [illegible] dies operaberis, & facies [illegible] opera tua: ſeptimo autem die, ſabbatum Domini Dei tui eſt, non facies in eo omne opus. In ſex enim diebus fecit Dominus cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt, & requieuit die ſeptimo. Dum in vnoquoque die dixit Deus, Fiat lux, [illegible] verò ſabbatum [illegible], quod in die (vt diximus) ſeptimanæ opera narrari [illegible]. [illegible] verò apud Hebræos dicitur feria, à [illegible] quiei, apud Latinos feria, dicta eſt, id eſt, [illegible] Dominica à fiendo, quia in illo die dixit Deus, Fiat lux, [illegible] Iſidorus dicit. Ipſe eſt enim primus dies ſæculi. [illegible] firmata ſunt elementa mundi, in [illegible] ſunt angeli, in ipſo etiam Chriſtus reſurre[illegible], & in ipſo die manifeſtata ſunt myſteria Chriſti & Eccleſiæ ad Ioannem Euangeliſtam in Pathmos inſula, vnde dicit, Fui in ſpiritu, in die Dominico.

De nocte.

NOx quid eſt? Mag. Solis abſentia, terrarum vmbra conditi, donec ab occaſu redeat ad exortum. Disc. Vnde dicta eſt nox? Mag. Quòd noceat aſpectus, vel negocijs humanis, ſiue quod in ea ſures vel latrones nocendi alijs occaſionem nanciſcantur. Disc. Ob quam cauſam facta eſt nox? Mag. Pro temperantia humani laboris, vt corpora requiem haberent, & vt animalibus quibuſdam Solem non ferentibus, victum quæritandi daretur occaſio.

De augmentatione & minoratione dierum & noctium per dies ſingulos.

SCiendum eſt, quòd vnuſquiſque dies & vnaquæque nox in creſcendo, duo momenta & duas partes tertij momenti augeantur. Similiter & in decreſcendo minuuntur, ita vt in tribus diebus octo momenta creſcant, vel decreſcant: in ſex, ſedecim momenta: in nouem, viginti quatuor: in duodecim, trigintaduo: in quindecim, quadraginta, id eſt, horam integram: quadraginta enim momenta horam faciunt.

Quare ſi noſſe deſideras augmentum ſolare quomodo creſcunt dies & lux, & quomodo diminuitur nox & tenebræ, & quantum in vnoquoque menſe creſcat, ita diligenter ſtudioſèque inueſtigandum eſt. Scies enim, quod in vnoquoque die Sole aſcendente per ſingulos dies duo momenta & dimidium & ſexta pars momenti, minuitur de tenebris, & augetur in lumine. Similiter & decreſcendo minuuntur, & ſic per tres dies, octo momenta: per ſex, ſedecim: per duodecim, trigintaduo. Per quindecim autem dies & quinque horas, Sole aſcendente, vna hora creſcit. Per triginta verò dies & decem horas, duæ horæ accreſcunt, hoc eſt octoginta momenta. Et ita in nonaginta diebus & vna die & ſex horis, id eſt, à ſolſtitio hiemali vſque ad æquinoctium vernale, ducenta quadraginta momenta, hoc eſt ſex horæ creſcunt. Simili modo & ſimili incremento momentorum per ſingulos dies duo momenta & duæ partes momenti per alios tres menſes ab æquinoctio vernali vſque ad ſolſtitium æſtiuum creſcunt ducenta quadraginta momenta, id eſt, aliæ ſex horæ: & ita à ſolſtitio hiemali vſque ad ſolſtitium æſtiuum per ſex menſes, id eſt, per dies centum octogintaduos, & horas duodecim, id eſt, dimidium diem naturalem, creſcunt quadringenta & octoginta momenta, id eſt, duodecim horæ, quibus ad illas ſex horas, quæ fuerunt in die ſolſtitiali hiemali, adde, fiunt ſimul decem & octo horæ, in die ſolſtitiali æſtiuo, & ſex horæ in nocte.

De hebdomada.

HEbdomada, eſt ſeptem dierum curſus, & à ſeptenario numero nomen accepit. nam hebdomada Græce, ſeptimana dicitur Latine, eo quod ſeptem manes, id eſt, ſeptem dies in ſe complectatur.

De menſibus.

LEgimus etiam antè diluuium menſes fuiſſe nominatos, vt Iſidorus dicit. In ſancta ſcriptura oſtenditur, quòd duodecim menſibus annus fuiſſet nominatus antè diluuium. Sic enim in Geneſi legimus: Aqua autem minuebatur vſque ad duodecimum menſem, primo enim die menſis apparuerunt cacumina montium. Et illos menſes ſecundum Lunam computabant Hebræi, & ſic ſemper faciunt.

Discipvlvs, Qui primi menſes ſolares inuenerunt? Magister, Vt Iſidorus dicit, Ægyptij propter Lunæ velociorem curſum, & ne error ex computationis velocitate accidiſſet, Solis curſu menſes adinuenerunt, quia tardior Solis motus faciliùs poterat comprehendi. Discipvlvs, Quis primus inuenit menſem apud

Hebræos & Græcos & Latinos? Magister, Moſes apud Hebræos, Arcades apud Græcos, Romulus apud Romanos. Discipulus, In quo numero inuenti ſunt menſes apud Hebræos & Græcos & Latinos? Magist. In duodenario. Menſes autem antiqui diffinierunt, quamdiu luna zodiacum circulum perducit. Antiqua autem gentilitas, menſibus nomina quædam ex dijs ſuis, quædam ex cauſis impoſuit.

Menſis dicitur à luna, quæ Græco ſermone mene dicitur. nam & apud eos, menſes vocantur menes: ſicut & apud Hebræos (Hieronymo teſte) luna, quoniam Iare nominant, menſibus nomen dedit. Menſis & ad Solem & ad Lunam pertinet, ſed magis ad lunam, ideoque rectius diffiniendũ, quòd menſis ſit luminis lunaris circuitus, ac redintegratio de noua ad nouam. Solaris autem menſis digreſſio ſolis eſt, per duodecimam partem zodiaci, id eſt, ſigniferi circuli, quæ triginta diebus, & decẽ ſemis horis impletur, vigintiduabus videlicet horis ac dimidia, lunari mẽſe productior. Luna verò tribus nominibus nuncupatur apud Hebræos, iare, lauana, mauors. iare vocatur à numero dierũ menſis, lauana à candiditate, mauors à defectu, quia deficit ſingulis quiſque menſibus.

De menſe Ianuario.

IN Hebræo Thabeth, apud Ægyptios Tibi, vel Tidechi: apud Macedones Eidromios vel Ethinios. apud Græcos, Ianuarios: apud Latinos, Ianuarius. Ianuarium primum Numa Pompilius nuncupauit, & primum menſem anni eſſe conſtituit, atque illum dijs ſuperis dedicauit. Ianuarius autem duobus modis nomen accepit, hoc eſt ex idolo, & re. Ex idolo, hoc eſt ex Iano bifronte rege Epirotarum, qui fugatus & proiectus de ſua patria venit ad Romanos, apud eos exul effectus. Contigit autem vt gens multa Barbarorum Romam obſediſſet. Erat autem Ianus ille homo ingenioſus, qui dedit conſilium Romanis, quomodo potuiſſent vrbem liberare ab illa obſidione: ita tamen, ſi Romani poſt mortem ſuam illum adorarent quaſi deum. Hæc autem illis promittentibus, ille petebat octo linteamina, oleo & cera & aqua intincta & vncta. Quod quum factũ eſſet, dixit vt inuoluiſſent ſe de illis linteaminibus, & igni incendiſſent, & duos gladios calefactos & ardentes ſibi dari poſtulauit, & poſtea aſcendit ſuper murum, & dixit ad Romanos, vt quum ille leuaſſet ſe ſuper murum, & clamaſſet quaſi deus, illi totis portis apertis ruiſſent ſuper hoſtes, & haberent victoriam. Et ita factum eſt. Romani perſecerunt victoriam, occiſis inimicis & fugatis. Ianus verò igne conſumptus eſt. Quem poſt mortem ſuam Romani quaſi deum adorauerunt, & fecerunt ei templum magnum in Roma, quod ex nomine Iani, Ianiculum vocauerunt, centum portas habens, & in illo templo Iani formam æream fecerunt, duas facies habentem: inde dictus eſt Ianus bifrons, & ex vna parte & ex vna facie viri adorabant eum: ex altera vero facie, fœminæ adorabant. indeque mẽſem Ianum vocauerunt bicipitis dei, reſpicientem tranſacti anni finem, ac proſpicientem futuri anni principium: item Ianus ex re dicitur, eo quòd ſit ianua anni, hoc eſt principium, quia ſicut homo ingreditur per oſtium, ita anni ingrediuntur per illum Ianuarium.

De menſe Februario.

IN Hebræo Sabath, apud Ægyptios Mechir vel Methi, apud Macedones Peritios, in Græco Februarios, in Latino Februarius. Di. Februarius, quibus modis nomen accepit? Ma. Duobus, hoc eſt ſub idolo & re. Sub idolo, hoc eſt à Februo deo. Inde Macrobius dicit: Numa Pompilius ſecundum menſem Februarium nominauit, & dedicauit Februo deo, qui alio nomine Pluton dicitur, qui luſtrationum potens eſſe apud gentiles credebatur, luſtrari in eo menſe ciuitatem Romam neceſſe erat, quo ſtatuta iuſta, hoc eſt ſacrificia dijs manibus ſoluerentur. Siue Februarius dictus eſt à re, hoc eſt à febribus acris lupercorũ. Luperci enim & Lurcones, duę gentes ſunt in Oriente, qui poſt immũdicias totius anni lauabant corpora ſua in quodam lacu, qui inter illos eſt, & febricitabant, & ſicut tradidit gentilitas tunc mutabant figuras. Et quia in Februario menſe hoc faciebant, & lauabant ſe, & deindè febricitabant, Februarius, à lauatione, vel à lauacro dictus eſt. Hinc ſcriptum eſt: Februm quoddam habebant Gentiles, hoc eſt lauacrum. & ſic accepit nomen hic menſis à re. Februarius, à febri, hoc eſt à frigore, propter frigidum tempus ipſius menſis.

De menſe Martio.

ADar in Hebræo, Faminoth apud Ægyptios, Diſtros apud Macedones, Martios in Græco, Martius in Latino. Martius duobus modis nomen accepit, ſub idolo & ſub re. Sub idolo, hoc eſt à Marte, patre Romuli nominatus eſt. Inde Macrobius dixit: Romulus, primum anni menſem, Martium conſtituit, & nominauit, & genitori ſuo Marti dedicauit. Quem menſem, anni primum fuiſſe apud antiquos Romanos, vel ex hoc maximè probatur, quia ex ipſo Quintilis & Sextilis, & cæteri menſes ſequentes, per ordinem numerantur, & in illo menſe, Romani veſtalia celebrabant. Item Iſidorus dicit: Martius appellatus eſt, propter Martem, Romanæ gentis autorem. Item Martius à re nomen accepit, hoc eſt, à maribus: nam & eo tempore cuncta animantia terræ mares deſiderant, ad concumbendi voluptatem. Et menſis nouorum frugum appellatur.

De menſe Aprili.

NIſan in Hebræo, Farmuthi apud Ægyptios apud Macedones Xanticos: Aprilius in Græco, Aprilis in Latino. Disc. Aprilis quibus modis dicitur? Mag. Duobus, hoc eſt ſub idolo, & ſub re. Sub idolo, à Venere matre Æneæ. Aphros enim Græce, ſpuma interpretatur, vnde Venus orta creditur: quæ Aphrodite, vel Aphronis, apud Græcos nominatur. Siue Aprilis, re nominatur, hoc eſt ab aperiendo, Aprilis, quaſi aperilis denominatur. Ante Aprilem enim menſem, triſte & obſcurum ſit cœlum, & nubibus obductum & obiectum, & aer tenebroſus, & mare nauigijs obcluditur. Terræ etiam ipſæ, aut aqua, aut pruina, aut niuibus, aut nebibus teguntur: eaque omnia verno tempore, hoc eſt menſe Aprili aperiuntur. Cœlum enim ſerenum fugatis nubibus, viſibus humanis aperitur, & mare nauigijs & terra atque arbores aperiunt ſe in germen atque in flores. Pro his omnibus cauſis, menſem Aprilem dici merito credendum eſt, quaſi aperilem. Hoc enim tempore cuncta floreſcunt.

De menſe Maio.

IArus in Hebræo Pacho, vel Pion apud Ægyptios. Artemiſius apud Macedones, Maios in Græco, Maius in Latino. Disc. Quibus modis dicitur Maius? Mag. Duobus, hoc eſt ſub idolo, & ſub re. Sub idolo Maius dictus eſt, à Maio deo apud paganos, qui dictus eſt Iouis. Inde Macrobius dicit: Apud Tuſculanos deus Maius vocabatur, qui eſt Iuppiter, à magnitudine ſcilicet & maieſtate dictus. Zingius autem Maium menſem nominatum putat à Maia, quam Vulcani vxorem dicit, hoc eſt, matrem Mercurij. Inde in calendis Maij huic deæ Maiæ ſacrificabant, & in hoc menſe Maio mercatores omnes Maiæ pariter & Mercurio ſacrificabant. Mercurius enim deus eſt negociatorum: vndè etiam dicitur Mercurius, quaſi mercium curius, id eſt, procurator mercium. Siue Maius, à re dicitur, hoc eſt, à maioribus Romanorum. Hinc Macrobius dicit. Romulus Maium menſem tertium poſuit. Poſt quam enim populum Romanum diuiſit in duas partes, hoc eſt in maiores & minores, ita vt altera pars conſilio, hoc eſt maiores, altera verò, hoc eſt minores rempublicam tuerentur. Deinde, in honorem vtriuſque partis, hunc Maium menſem, ſequentem que Iunium, vocauit.

De menſe Iunio.

SIuari vel Siban in Hebræo. Pauni apud Aegyptios, Deſeos apud Macedones, Iunios in Græco, Iunius in Latino. DISC. Quibus modis dicitur Iunius? MAG. Duobus, hoc eſt ſub idolo, & ſub re. Sub idolo, hoc eſt à Iunone filia Saturni, quæ apud Gentiles quaſi dea adorabatur, & à ſuo nomine Iunium menſem vocauerunt. Inde Macrobius dicit: Iunius aqud Latinos, antea Iunonius, ab Iunone vocatus eſt. Poſtea detritis quibuſdam literis, hoc eſt n & o, ex Iunonio, Iunius dictus eſt, nam & templum Iunoni in calendis Iunij dicatum eſt. Alij putauerunt Iunium menſem, ab Iunio Bruto nominatum, qui primus in vrbe Roma conſul factus eſt. Siue Iunius à re dicitur, hoc eſt à iunioribus Romanorum, qui armis defendebant rem publicam. Inde Macrobius dicit: Iunius Maium ſequitur, ex parte populi nominatus.

De menſe Iulio.

TAmul, ſiue Tani, in Hebræo, Epiphi apud Aegyptios, Panemos apud Macedones, Iulios in Græco, Iulius in Latino. DISC. Iulius vnde nomen accepit? MAG. A quodam imperatore, hoc eſt a Iulio Cæſare, quia in quarto idus Iulij menſis creatus eſt Caius Iulius Cæſar, qui primus arripuit imperium apud Romanos. Deinde propter ſuum honorem de ſuo nomine, Iulius menſis dictus eſt. Nam antea Quintilis vocabatur.

De menſe Auguſto.

TAmni in Hebræo: Meſor, vel Meſori apud Aegyptios: Loos, vel Lor, apud Macedones: Auguſtos in Græco, Auguſtus in Latino. DISC. Auguſtus vnde nomen accepit? MAG. Ab Octauiano Cæſare Auguſto imperatore, qui in calendis menſis Auguſti vicit Antonium, de regno contendentem, & Cleopatram reginam Aegypti, vxorem Antonij, & auxilia & exercitum Antonio afferentem. Hos duos vicit Cæſar Auguſtus, in vna die calendarum Auguſti, & poſtea Cæſar principatum habuit totius mundi. Sic Auguſtus, à nomine auguſti dictus, qui eo menſe primum conſulatum inijt, & tres triumphos Vrbi intulit. Deinde Auguſtus, à populo Romano appellatus eſt, & in ſuum honorem menſis Auguſtus vocatus eſt, vt ſua memoria eſſet in tempore. Nam ille menſis antea apud Romanos Sextilis dictus eſt, eo quòd ſextus menſis ſit à Martio. Deinde dicit Macrobius, Auguſtus antea Sextilis vocabatur, donec honori Auguſti ex ſenatus conſulto Auguſtus dictus eſt.

De menſe Septembri.

ELul in Hebræo, Tooth apud Aegyptios, Gorpeos apud Macedones, Septembrios in Græco, September in Latino. September à numero nomen accepit, eo quod ſeptimus imber ſit à Martio, quia Martius quondam primus menſis fuit apud Romanos, tempore ſcilicet Romuli: & ab illo alij menſes nominantur, ex nominibus numeri: quemadmodum & Quintilis, eo quòd quintus ſit à Martio. Sic Sextilis & September à Martio numerantur.

De menſe Octobri.

THeſeri in Hebræo, Paopi apud Aegyptios, Hyperboreteos apud Macedones, Octimbrios in Græco, October in Latino. October dicitur, eo quod octauus ſit imber à Martio. Et hic menſis in principio anni ponitur apud orientales.

De menſe Nouembri.

MAreſuan in Hebræo, Athir apud Aegyptios, Dios apud Macedones, Nouimbrios in Græco, Nouember in Latino. Nouember autem propterea dicitur, eo quod nonus imber ſit à Martio.

De menſe Decembri.

CAsleu apud Hebræos, Chiachi apud Aegyptios, Apileos apud Macedones, Decembrios in Græco, December in Latino. December, à numero nomen accepit, eo quod à menſe Martio decimus ſit imber. Et hic menſis in principio anni ponitur apud Macedones.

DE TRIBVS DIERVM NOMINI-*bus in annali computo, calendæ, idus, nonæ.*

ROmulus quum ingenio acri quidem, ſed agreſti eſſet, ſtatum proprij ordinaret imperij, initium cuiuſque menſis ex illo ſumebat die, quo nouam lunam contigiſſet videri: quia non continuo euenit, vt eodem ſemper die appareat, ſed modo tardius, modo celerius, certis ex cauſis videri ſolet. Contigit ergo vt quũ tardius apparuerit, præcedenti menſi plures dies, aut quũ celerius pauciores darentur, & ſingulis quibuſq; menſibus perpetuã numeri legem primus caſus addixit: atq; ſic factum eſt, vt alij triginta & vnus, alijs vndetriginta ſortirentur dies. Omnibus tamen menſibus à die nonarum, id eſt nono die, repræſentari placuit, & inter idus ac ſequentes calendas conſtitutum eſt, ſedecim dies eſſe numerandos. Ideo menſis vberior duos illos dies, quibus augebatur, inter calendas ſuas & nonas habebat, atq; hinc alijs quintus à calendis dies, alijs ſeptimus nonas facit.

His ergo temporibus Pontifici minori hæc prouidentia delegabatur, vt nouæ Lunæ primum obſeruaret aſpectum, viſamque Regi ſacrificulo nuntiaret. Itaque ſacrificio a rege & minore pontifice celebrato, id eſt pontifex calata, id eſt vocata in Capitolium plebe, iuxta curiam Calabram, quæ caſæ Romuli proxima erat, quot dies à calendis ad nonas ſupereſſent pronuntiabat, & quintanas quidem, quarum poſt calendas, quarto nonarum initium eſt, dicto quinquies verbo Calo: ſeptimanas vero, quarũ poſt calendas, ſexto nonarum initium eſt, repetitio ſepties eodem verbo prædicebat. Verbum autem calo, Græcum eſt, id eſt voco, & hunc diem qui ex his diebus qui calarentur, primum eſſet, placuit calendas vocari. Hinc & ipſi curiæ ad quam vocabantur, calabra, vel claſſis nomen accepit, quod omnis in eam populus vocaretur. Ideo autem minor pontifex dies qui ad nonas ſupereſſent calando prodebat, quod poſt nonam lunam oportebat nonarum die populares, qui in agris erant, confluere in vrbem, accepturos cauſas feriarum à rege ſacrorum, ſciturosque quid eſſet eo menſe faciendum. Vnde quidam hinc nonas æſtimant dictas, quaſi nouæ initium obſeruationis, vel quòd ab eo die vſq; ad idus, octo dies computentur. Idus autem vocatur dies, qui diuidit menſem. Iduare enim Hetruſca lingua diuidere eſt. Vnde vidua, quaſi valde idua, id eſt valde diuiſa: aut (vt quidam volunt) vidua, id eſt à viro diuiſa. Nonnullis tamen placet, idus dictas vocabulo Græco, nempe à ſpecie, quæ apud illos idea vocatur, quòd ea die plenam ſpeciem luna demonſtret.

Itaque Romulus ita annuam ordinauit dimenſionem, vt annus decem menſium, dierum trecentorum quatuor haberetur, menſeſque ita diſpoſuit, vt quatuor ex his tricenos & ſingulos, ſex verò tricenos haberent dies. Sed quũ is numerus neque Solis, neque Lunæ rationibus conueniret, nonnunquam vſu veniebat, vt frigus anni æſtiuis menſibus, & contrà, calor hiemalibus proueniret. Sed ſequutus Numa, quaſi hunc omnes ablaturus errorem, in trecentos quinquaginta quatuor dies, quibus duodecim lunæ curſus confici credidit, annum extendit. Hiſque quinquaginta diebus à ſe additis, adiecit alios ſex, demptos ex illis ſex menſibus, qui triginta habebant dies, id eſt de ſingulis ſingulos, factoſque quinquaginta & ſex dies in duos nouos menſes pari ratione diuiſit, ac de duobus priorem Ianua-

rium nuncupauit. Primumque anni eſſe voluit, tanquam bicipitis dei menſem, reſpicientem ac proſpicientẽ tranſacti anni finem futurique principia. Secundum dicauit Februo deo, qui luſtrationum potens credebatur, à quo & Februarium vocauit, ſtatuitque eo menſe luſtrari ciuitatem, vt iuſta dijs manibus ſoluerentur. Paulo pòſt in honorem imparis numeri, vnum adiecit diem, quem Ianuario dedit, vt tam in anno, quàm in ſingulis menſibus, præter vnum Februarium, impar numerus ſeruaretur. Nam quia duodecim menſes ſi ſinguli aut pari aut impari numero computarentur, conſummationem parem facerent, vnius pari numero adiectus, vniuerſam putationem imparem fecit.

Ianuarius igitur, Aprilis, Iunius, Sextilis, September, Nouember, December, vigintinouem cenſebantur diebus, & quintanas nonas habebant, ac poſt idus in omnibus ad decimumſeptimum calendas computabantur.

Martius verò, Maius, Quintilis & October dies triginta vnum poſſidebant. Nonę in his ſeptimanæ erant, ſimiliterq; poſt idus ſeptemdecim dies in ſingulis vſque ad ſequentes calendas computabantur.

Solus Februarius vigintiocto retinuit dies, quaſi inferis & diminutio & par numerus conueniret.

Igitur hoc modo à Numa ordinato anno, quia adhuc ad perfectum anni numerum aliqui deerant dies, maxima poſt aliquantos annos horum negligentia in ſupputatione temporum confuſio oriebatur. Quam licet multis & variè intercalatis diebus aliquatenus emendarent, nullam tamen certam anni dimenſionem ad poſteros trãſmiſerunt. Itaque factum eſt, vt ſicut præcedentis Romuli ſequens Numa dimenſionem anni deſtruxit, ita quoque præcedentis Numæ ordinationem ſequens Caius Cæſar, vtpote adhuc inconſtantem & vagam reprehenderet, & reprehenſam ad vnguem enim daret.

Ergo Caius Cæſar imitatus Aegyptios, ad numerum Solis, qui diebus trecentis ſexaginta quinque & quadrante curſum conficit, annum dirigere contendit. Itaq; decem dies obſeruationi veteri ſuperadiecit, vt annum trecenti ſexagintaquinque dies, quibus Sol zodiacum luſtrat, efficerent: & vt nec quadrans deeſſet, ſtatuit quarto quoque anno ſacerdotes, qui præerant menſibus ac diebus, vnum intercalarem diem, eo ſcilicet menſe ac loco, quo etiam apud veteres menſis intercalabatur, id eſt ante vltimos Februarij menſis dies, idque biſſextum cenſuit nominandum. Dies autem decem, quod ab eo additos diximus, hac ordinatione diſtribuit.

In Ianuarium & Sextilem & Decembrem binos dies inſeruit.

In Aprilem autem, Iunium, Septembrem, Nouembrem, ſingulos.

Februario autem diem non addidit, ne deorum inferorum religio immutaretur.

Et Martio, Maio, Quintili, Octobri, priſtinum ſeruauit ſtatum, quod ſatis pleno erant numero, id eſt triginta vnum. Ideo & ſeptimanas habent nonas, ſicut Numa conſtituit.

Ianuarius autem, Sextilis, December, quibus Cæſar binos dies addidit, licet triginta & vnum habere poſt Cæſarem cœperint, quintanas habent nonas & poſt idus, nouemdecim dies ad ſequentes calendas computantur: quia Cæſar quos addidit dies, neque ante nonas, neq; ante idus inſerere voluit, ne nonarum aut iduum religionem quæ ſtatuto erat die, nouella computatione corrumperet: ſed nec poſt Idus mox voluit inſerere, ne feriarum quarunq; violaretur indictio, ſed peractis cuiuſq; menſis ferijs locum diebus aduenis fecit, &

Ianuario quidem quatuor calendas, &
Tres calendas Februario dedit.
Aprili ſex calendas Maij.
Iunio tres calendas Iulij.
Auguſto quatuor calendas, &
Tres calendas Septembris.
Septembri tres calendas Octobris.
Nouembri tres calendas Decembris.
Decembri quatuor calendas, &
Tres calendas Ianuarij.

Ita autem factum eſt, vt quum omnes menſes hi, quibus dies addidit, ante hanc ordinationem habuiſſent menſis ſequentis calendas ad decimumſeptimum reuertentes: poſtea ex augmento additorum dierum, hi qui duos acceperunt, ad decimum nonum: qui vero vnum, ad decimumoctauum haberent reditum Calendarum.

Romuli menſes.

1 Martius.
2 Aprilis.
3 Maius.
4 Iunius.
5 Quintilis.
6 Sextilis.
7 September.
8 October.
9 Nouember.
10 December.

Huic autem, vt diximus, fuerunt ſolummodo menſes decem.

Numæ menſes.

1 Ianuarius.
2 Februarius.
3 Martius.
4 Aprilis.
5 Maius.
6 Iunius.
7 Quintilis.
8 Sextilis.
9 September.
10 October.
11 Nouember.
12 December.

Vitiosè autem Quintilis & Sextilis, qui non iam quintus aut ſextus, ſed ſeptimus & octauus extiterant, nomen retinuerunt. Quorum alterum Caius Cæſar ſuo nomine, id eſt Iulium appellauit: Sextili in vitio vſque ad Imperatorem Auguſtum perſeuerante, à quo menſis ille Auguſtus eſt appellatus.

BEDA DE ARITHMETICIS PROPOSITIONIBVS.

Diuinatio numeri ab aliquo in animo concepti.

QVomodo numerus à quolibet animo conceptus, quis ſit, poſſit agnoſci. Adſumatur numerus quilibet ac triplicetur. Triplicatur, diuidatur in duas partes, & ſi ambæ æquales extiterint, qualem volueris abſque vlla differentia iterum triplicabis. Quòd ſi inæquales fuerint, quæ maior fuerit triplicetur. Quotieſque in ea poſtquam triplicata fuerit 9. inueniri poſſint, conſiderentur. Quia quoties 9. habuerit, toties 2. ſumendi ſunt. Obſeruandum eſt autem vt poſſint poſtquam numerus triplicatur, & diuiſus eſt, iterumque medietas fuerit triplicata, & de nouenario fuerit interrogatum, hoc etiam adiũgatur, ſi aliquid ſupra vnum vel duos vel quot fuerint nouenarius remãſiſſet. Quia ſi aliquid remanſiſſet, ſeptem fuerunt: & de his vnus ſumendus eſt, hiſque in ſummam redactis pronunciandus numerus, qui primus fuerat mente conceptus: verbi gratia, ſi duo fuerint animo cõcepti, cũ triplicabuntur, 6. faciunt, 6. diuiſi in 3. & 3. reſoluuntur, 3. verò triplicati, 9. tantum efficiunt, nec remanet aliquid. Ergo 2. fuerūt, qui primi mente comprehenſi ſunt. Et ideo in omni huius ſupputationis ratione, nouenarius duos ſemper ſignificat, & ſenarius vnum. Sciendumque quod omnis impar numerus, qui adſumptus fuerit & ordine quo prædictum eſt,

triplicatus atque diuiſus, in ſenarium terminatur. Par verò numerus in nouenarium, quia vnitas ſecundum ſupra dictum modum triplicata atque diuiſa, ſenarium procreat. Binarius verò numerus ſimili modo triplicatus atque diuiſus, nouenarium. Quia hi duo numeri id eſt vnus & duo, paritatis & imparitatis dicuntur eſſe principia.

Item aliter.

Adſumitur numerus quilibet ac triplicatur: triplicetur, diuidatur in duas partes, & tunc ille qui numerum mente concepit, interrogetur, ſi ipſius numeri ſit æqua diuiſio: quòd ſi pares ambas eſſe partes reſponderit, nihil ſumatur. Si autem impares eſſe dixerit, vnum ſumatur, in hac prima diuiſione ad memoriam diuinantis. Atq; iterum vna pars diuiſionis, quando ambæ æquales fuerint, abſque differentia triplicetur. Si vero impares fuerint, maior pars triplicanda eſt, atq; diuidenda, ſicut ſuperius in duas partes. Iterumque interrogandus, ſi æqualis aut inæqualis ſit ipſa diuiſio. Et ſi æqualis quidem facta eſt, nihil ſumendum eſt. Si autem inæqualis, duo ſumendi ſunt in ſecunda diuiſione. Et ſi in medietate diuiſionis æqualis fuit ambarum partium differentia, qui nouenarij continentur, interrogandum. Quod ſi inæqualis fuit, in maiori parte quærendum eſt: quotquot nouenarij in ea inueniuntur, tot quaternos diuinator ſumere debet, vt verbi gratia: ſi ſex fuerint mente concepti, cum triplicati fuerint, 18. faciunt 18. diuiſi in 9. & 9. partiuntur. Et quia æqualis eſt diuiſio, nihil ibi ſumendum eſt. Nouem iterum quæ eſt medietas huius diuiſionis, triplicati faciunt 27. 27. autem ſi in 13. & 14. reſoluuntur: & quia iſta eſt ſecunda diuiſio, & inæqua, duo ſumendi ſunt, cum in maiori parte ipſius diuiſionis, hoc eſt in 14. quærendum eſt, quoties 9. poſſint inueniri, 14. ſemel 9. ſunt, de his 9. 4. à diuinante colligendi ſunt, qui duobus, qui in ſecunda diuiſione collecti ſunt adiuncti, 6. faciunt. Senarius ergo numerus primus mente comprehenſus eſt. Et hoc in hac oratione notandum eſt, quod ſi ambæ diuiſiones pariter reſponderint, nihil ex his ſumendum eſt: ſi ſecunda, duo ſumendi ſunt, nouenarius vero quaternarij ſignificationem continet. Quod ideo in hac ſupputatione aliter quàm in ſuperiori accidere videtur: hæc bis triplicatur, & bis diuiditur: illa vero bis triplicatur, & ſemel diuiditur: quapropter in hac, nouenarius quaternarium, nulla vero binarium ſignificat.

Item aliter.

Quomodo diuinandum ſit, qua feria ſeptimanæ quilibet homo quamlibet rem fecerit. Quicunq; numerum cuiuſq; feriæ nomen continentem animo conceperit, primo debet duplicare, deinde illi numero duplicato, quinq; adiungere: ipſamq; ſummam quæ de his collecta eſt, quinquies multiplicare, deinde totum decies ducere, poſtea ex toto 250. tollere, & hoc quod remanet pro feria numero tenere: vt verbi gratia, ſi de prima feria ratio habeatur, vnum duplicetur, fiunt 2. his 5. adiungantur, fiunt 7. qui 7. quinquies multiplicati, fiunt 35. qui 35. decies ducti, fiunt 350. de quibus ſi 250. de totius ſummæ collectione auferantur, & quot centenarij remanſerunt, diligenter conſideretur, quia ſicut prædictum eſt, ſemel centeni, primam feriam ſignificant: bis centeni ſecundam, ter centeni, tertiam: quater centeni, quartam: quinquies centeni, quintam: ſexies centeni, ſextam: ſepties centeni, ſeptimam. Item ſi de ſecunda feria ratio habeatur, 2. duplicentur, fiunt 4. His 5. adiungantur, fiunt 9. Qui 9. quinquies multiplicati, 45. decies ducti, fiunt 450. de his tolle 250. remanent 200. qui ſecundam feriam ſignificant. Si de tertia feria ratio habeatur, 3. duplicentur, fiunt 6. his 5. adiungantur, fiunt 11. qui 11. quinquies multiplicati, 55. qui 55. decies ducti, fiunt 550. de his tolle 250. remanent 300. quæ tertiam feriam ſignificat. Si de quarta feria ratio quæritur, 4. duplicetur, fiunt 8. his 5. adiungantur, fiunt 1[illegible]. qui 1[illegible]. quinquies multiplicati fiunt 75. qui 75. decies ducti, fiunt [illegible] de his tolle 250. remanent [illegible]00. qui quintam feriam ſignificant. Si de ſexta feria ratio inquiritur, 6. duplicetur, fiunt 12. his 5. adiungatur fiunt 17. qui 17. quinquies multiplicati, fiunt 85. qui 85. decies ducti, fiunt 850. de his tolle 250. remanent 600. quæ ſextam feriam ſignificent. Si de ſeptima feria ratio inquiritur, 7. duplicetur, fiunt [illegible]. his 5. adiungatur, fiunt 19. qui 19. quinquies multiplicati, fiunt 95. de-cies ducti, fiunt 950. de his tolle 250. remanent 700. quæ ſeptimam feriam ſignificant. Si huic numero animum tuum diligenter commendaueris, omnes ferias abſque errore explorare poteris.

Item aliud argumentum.

Verum cum vero, facit verum. Minus cum vero, facit verum. Verum cum minus, facit minus. Minus cum minus, facit minus. Verum eſſentiam minus nihil ſignificat. Pone ſummam numeri, quam volueris, in veri, hoc eſt, eſſentiæ nomine, & pone aliam ſummam cuius volueris numeri ad aduerbium quod minus dicitur, nomine quod nihilum ſignificare dixi, & confer illas duas ſummas. Quæ maior fuerit, vincit minorem, & conſumit eam iuxta magnitudinem quantitatis ſuæ: vt verbi gratia, Si iungantur duæ ſummæ numerorum vtraq; veri nomine, id eſt eſſentiæ appellantur, vt ſunt 7. alia quæ minus aduerbij nomine vocatur, vt ſunt 3. hæ duæ ſummæ numero ſibi collatæ, hoc eſt eſſentis & non eſſentis, quia maior eſt ſumma veri, quàm illius quæ dicitur minus. Sicut plus ſunt 7. quàm 3. minus, ſi in maiori parte quæ vincere poteſt hoc 4. valet enim 3. minus, & 7. remanent 4. ſimiliter ſi iungatur 3. veri nomine, & 7. minus, quia minor eſt nihili quam eſſentiæ ſumma, vincit ſeptenarius. Non exiſtens ternarium ſubſiſtentem, & conſumit eum ſua non eſſentia, & remanent de ipſo ſibi 4. numeri non exiſtentes: & hoc eſt quod dicitur, iunge 3. & 7. minus, faciunt 4. minus. Si autem 3. non exiſtentes ſi nul & 7. Similiter non exiſtentes numeri, vt ſunt 7. & 3. veri, id eſt exiſtentem numerum eſſe ſunt, hoc eſt denarium. Sic duo non exiſtentes numerorum ſummæ denominatæ, vt ſunt 3. minus, & 7. minus, 10. minus faciunt, valet enim verum eſſicere, & minus non eſſicere, iunge 3. minus, & 7. ſiunt 10. iterum iunge 3. minus, & 7. ſiunt 4. iunge 3. & 7. minus, iunge 3. minus & 7. minus, ſiunt 10. minus.

Incipiunt aliæ propoſitiones ad acuendos iuuenes.

Et primò de Limace.

Limax fuit ab hirundine inuitatus ad prandium infra leucam vnam, in die autem non potuit pluſquàm vnam vnciam pedis ambulare. Dicat qui velit, in quot annos vel dies ad illud prandium ipſe limax perambulauit.

De homine alios homines in via ſibi obuiantibus.

Quidam vir ambulans per viam, vidit obuios homines, & dixit eis, Vtinam fuiſſetis alij tantum, quanti eſtis, & medietas medietatis, & rurſus de medietate medietatis, tunc vna mecum centum fuiſſetis. Dicat qui vult, quot primitus ab illo viſi fuerunt.

De duobus proficiſcentibus viſis ciconiis.

Duo viri ambulantes per viam videntes ciconias, dixerunt inter ſe: quot ſunt? Qui conferentes numerum dixerunt, Si eſſent aliæ tantæ & etiam tantæ & medietas tertij, adiectis duabus, centum fuiſſent. Dicat qui poteſt quantæ fuerunt quæ primitus ab illis viſæ ſunt.

De homine & equis in campo paſcentibus.

Quidam homo videns equos paſcentes in campo, optauit dicens, Vtinam fuiſſetis mei & eſſetis alij tantum. & medietas medietatis, certe gloriarer ſuper equos centum. Diſcernat qui vult quot equos in primis vidit ille homo paſcentes.

De emptore in denariis centum.

Dixit quidam mercator, volo de centum denarijs centum porcos emere, ſic tamen vt verres 10. denarijs ematur, ſcrofa autem 5. duo vero porcelli 1. denario. Dicat qui intelligit, quot verres, quot ſcrofæ, quotue porcelli eſſe debeant, vt in neutris nec ſuperabundet numerus, nec minuatur.

De duobus habentibus negotiationem C. ſol. communes.

Fuerunt duo negociatores habentes centum ſolidos communes, quibus emerent porcos, emerunt autem in ſolidis 2. porcos 5. volentes eos ſaginare, atq; iterum venundare, & in ſolidis lucrum facere. Cumq; viderent tempus non eſſe ad ſaginandos porcos, & ipſi eos non valuiſſent tempore hiemali paſcere, tentauerunt venundando ſi potuiſſent lucrum facere, ſed non potuerunt, quia non valebant eos amplius venundare, niſi vt empti fuerant, id eſt vt de 5. porcis,

2. ſolidos acciperent, cùm hoc conſpexiſſent, dixerunt adinuicem, diuidamus eos, diuidentes autem & vendentes ſicut emerant, fecerunt lucrum. Dicat qui valet, inprimis quot porci fuerunt, & diuidat ac vendat, & lucrum faciat, quod facere de ſimul venditis non valuit libras 30.

De diſco.

Eſt diſcus qui penſat libras 30. ſiue ſolidos 600. habens in ſe aurum, argẽtum, auricalchum & ſtannum: quantũ habet auri, ter tantum habet argenti: quantu habet argenti, ter tantum auricalchi: quantum auricalchi, ter tantum ſtanni. Dicat qui poteſt, quantum vnaquæque ſpecies penſet.

De cupa.

Eſt cupa vna quæ centum metretas impletur capientibus ſingulis modia tria, habens fiſtulas tres, ex modiorum numero: tertia pars & ſexta, per vnam fiſtulam currit: per alteram, tertia pars ſola: per tertiam, ſexta tantum. Dicat qui vult, quod ſextarij per vnãquanq; fiſtulã cucurriſſent.

De ſago.

Habeo ſagum habentem in longitudine cubitos 100. & in longitudine 80. volo exinde per portiones ſagulos facere, ita vt vnaquæq; portio habeat in longitudine cubitos 5. & in latitudine cubitos 4. Dic ergo ſapiens, quot ſaguli exinde fieri poſsint.

De linteamine.

Habeo linteamen vnum, longum cubitorum 60. latum cubitorum 60. volo exinde portiones facere, ita vt vnaquæq; portio habeat in longitudine cubitos ſenos, & in latitudine quaternos, vt ſufficiat ad tunicam conſuendam. Dicat qui vult, quot tunicæ ex inde fieri poſsint.

De duobus hominibus alter alterius ſororem accipientibus.

Si duo homines ad inuicem alter alterius ſororem in coniugium ſumpſerit: dic (rogo) qua propinquitate filij eorum ſibi pertineant?

De duobus hominibus alter alterius matrem accipientibus.

Si duo homines alter alterius matrẽ ſimiliter in coniugiu ſumpſerit, quali cognatione filij eorũ ſibi cõiungãtur?

De patre & filio matrem & eius filiam accipientibus.

Si relictam vel viduam & filiam illius in coniugium ducant pater & filius, ſic tamen vt filius accipiat matrem, & pater filiam: filij qui ex his fuerint procreati, dic (quæſo) quali cognatione ſibi iugantur?

De patreſamilias & tribus filiis eius.

Quidam paterfamilias moriens dimiſit in hæreditate tribus filijs ſuis triginta ampullas vitreas: quarum decem fuerunt plenæ oleo: aliæ decem, dimidiæ: tertiæ decem vacuæ. Diuidat qui poteſt, oleum & ampullas, vt vnicuiq; eorum de tribus filijs æqualiter obueniat, tam de vitreo, quàm de oleo.

De rege & eius exercitu in triginta villis collecto.

Quidam rex iuſsit famulo ſuo de triginta villis colligere exercitum, eo modo, vt ex vnaquaq; villa tot homines ſumeret quotquot illuc adduxiſſet. Ipſe tamen ad primam villam ſolus venit: ad ſecundam cum altero: iam ad tertiam tres venerunt. Dicat qui poteſt, quot homines fuiſſent collecti de his triginta villis.

De boue.

Bos qui tota die aratur, quot veſtigia faciat in vltima riga?

De homine.

Quæro à te, vt dicas mihi quot rigas homo factas habeat in agro ſuo, quando de vtroq; capite campi tres verſuras factas habuerit.

De duobus hominibus boues ducentibus.

Duo homines ducebant boues per viam, e quibus vnus dixit alteri: Da mihi boues duos & habebo tot boues quot & tu habes. At ille ait: Da mihi (inquit) & tu boues duos, & habebo duplum quàm tu habes. Dicat qui velit, quot boues fuerunt, quod vnuſquiſque habuit.

De duobus fratribus ſingulas ſorores habentibus.

Tres igitur fratres erant, qui ſingulas ſorores habebant, & fluuium tranſire debebant, erat enim vnicuique illorum concupiſcentia in ſorore proximi ſui, qui venientes ad fluuium, non inuenerunt niſi paruam nauiculam, in qua non poterant amplius niſi duo ex illis tranſire. Dicat qui poteſt, qualiter fluuium tranſierunt, vt ne vna quidem earum ex ipſis maculata ſit.

De lupo & capra & faſciculo cauli.

Homo quidam debebat vltra fluuium tranſire lupum & faſciculum cauli & capram & non potuit aliam nauem inuenire, niſi quæ duos tantum ex ipſis ferre valebat: præceptum itaque ei fuerat, vt omnia hæc vltra omnino illæſa tranſiret. Dicat qui poteſt, quomodo eos illæſos vltra tranſiret.

De viro & muliere ponderantibus plauſtri pondus onuſti.

De viro & muliere, quorum vterque pondus habebat plauſtri onuſti, duos habentes infantes, inter vtroſq; plauſtrali pondere penſantes, fluuium tranſire debuerunt: nauem inuenerunt, quæ non poterat ferre niſi vnum pondus plauſtri. Transfretare faciat, qui ſe putat poſſe, ne nauis mergatur.

De hiricis.

De hiricis maſculo & fœmina, habentibus duos natos, libram ponderantibus, fluuium tranſire volentibus.

De campo & ouibus in eo locandis.

Eſt campus qui habet in longitudine pedes ducentos, & in latitudine pedes centum: volo ibidem mittere oues, ſic tamen vt vnaquæque ouis habeat in longitudine pedes quinque, & in lato quatuor. Dicat (rogo) qui valet, quod omnes ibidem locari poſsint.

De campo faſtigioſo.

Eſt campus faſtigioſus, qui habet in vno latere perticas centũ, & in alio latere perticas centu, & in fronte perticas quinquaginta, & in medio perticas ſexaginta, & in altera fronte perticas quinquaginta. Dicat qui poteſt, quot aripennos claudere debet.

De campo quadrangulo.

Eſt campus quadrangulus, qui habet in vno latere perticas triginta, & in alio perticas trigintaduas, & in fronte perticas trigintaquatuor, & in altera fronte perticas trigintaduas. Dicat qui poteſt, quot aripennij in eo concludi debent.

De campo triangulo.

Eſt campus triangulus, qui habet in vno latere perticas triginta, & in alio perticas triginta, & in fronte perticas nonadecim. Dicat qui poteſt, quot aripennos concludere debet.

De campo rotundo.

Eſt campus rotundus, qui habet in gyro perticas quadringentas. Dic quot aripennos capere debet.

De campo & cane ac fuga leporis.

Eſt campus qui habet in longitudine pedes centum quinquaginta, in vno capite ſtabat canis, & in altero lepus: promouit namq; canis ille poſt leporem currere: aſt vbi canis faciebat in vno ſaltu pedes nouem, lepus tranſmittebat ſeptem. Dicat qui velit, quot pedes, quotúe ſaltus vel canis perſequendo vel lepus fugiendo quoadúſque comprehenſus eſt, confecerint.

De ciuitate quadrangula.

Eſt ciuitas quadrangula, quæ habet in vno latere pedes mille centum, & in alio latere pedes mille, & in fronte pedes ſexcentos, & in altera pedes ſexcentos: volo ibidem tecta domorum ponere, ſic vt habeat vnaquæque caſa in longitudine pedes quadraginta, & in latitudine pedes triginta. Dicat qui velit, quot caſas capere valet.

De ciuitate triangula.

Eſt ciuitas triangula, quæ habet in vno latere pedes centum, & in alio centum, & in fronte pedes nonaginta: volo vt ſiat ibi domorũ conſtructio, ſic tamen vt vnaquæque domus habeat in longitudine pedes viginti, & in latitudine pedes decem. Dicat quot domus capi debent.

De ciuitate rotunda.

Eſt ciuitas rotunda quæ habet in circuitu pedum octo millia. Dicat qui poteſt, quot domos capere debet, ita vt vnaquæque domus habeat in longitudine pedes triginta, & in latitudine pedes viginti.

De baſi-

De baſilica.

[illegible] in longitudine pedes 240. & in [illegible], vnus later [illegible] pedes [illegible] pedem 1. Dicat [illegible] debent impleri.

De ciuitate.

[illegible] in longitudine pedes centum, & [illegible]. Dicat qui vult, quot [illegible] capere [illegible] habeat in longitudine [illegible] 4. [illegible] vnus habeat pedes 5. [illegible].

De quodam patrefamilias.

Quidam [illegible] famulos 20, & [illegible] viri accipiant [illegible] ſingula [illegible]. Dicat qui poteſt, quot viri, quot mulieres, quot [illegible] fuerunt.

Alia.

Quidam paterfamilias habuit familias 90. & [illegible] vt viri acciperent [illegible] ſingula [illegible]. Dicat qui poteſt, quot viri, quot mulieres, aut quot infantes fuerunt.

De [illegible].

Quidam [illegible] infantem, & in [illegible] qui [illegible] & [illegible] tres, [illegible] mater [illegible]. Conſtat autem vt [illegible] puerum & [illegible]. Soluat [illegible] qui poteſt [illegible] mater, vel quantum filius, [illegible] filia.

Alia.

Quidam paterfamilias habuit famulos 30. ſic verò iuſſit vt viri acciperent modios ternos & mulieres binos, & infantes ſingula [illegible]. Soluat qui poteſt, quot viri, quot mulieres, quot[illegible] infantes fuerunt.

De ſalutatione cuiuſdam ſenis ad puerum.

Quidam [illegible] puerum, cui [illegible] Viue fili, viue [illegible] & tantum, & ter tantum [illegible] Deus vnum de annis meis, & impleas annos [illegible]. Soluat qui poteſt, quot annorum tunc tempore ipſe puer erat.

Alia.

Quidam paterfamilias habuit famulos 100. quibus præcepit [illegible] modios [illegible] vt viri [illegible] modios ternos, & mulieres binos, & infantes ſingula [illegible]. Dicat [illegible], quot viri, quot mulieres, aut quot infantes fuerunt.

De quodam ædificante domum.

Homo quidam volens ædificare [illegible] artifices 6. ex quibus [illegible] magiſtri, & 1. diſcipulus erat [illegible] inter eum qui ædificare [illegible] per ſingulos dies 25. denarij eis in mercede darentur [illegible] de hoc quod vnus ex [illegible] accipere. Dicat qui poteſt, quantum vnuſquiſque de illis per vnumquemque diem accepit.

De animalibus emptis.

Voluit quidam emere animalia promiſcua 100. de ſolidis 100. ita vt equus [illegible] ſolidis emeretur, bos verò 1. ſolido [illegible] & 24. oues in ſolido 1. Dicat qui valet, quot caballi, vel quot boues, quotue fuerunt oues.

Alia.

Quidam homo voluit de 100. ſolidis animalia promiſcua emere 100. in Oriente. qui iuſſit famulo ſuo, vt camelum in 5. ſolidis acciperet, [illegible] in ſolido 1. & [illegible] in ſolido 1. compararet. Dicat qui vult, quot cameli vel aſini, ſiue oues, in negocio 100. ſolidorum fuerunt.

De homine & ouibus paſcentibus.

Quidam homo vidit de monte oues paſcentes, & dixit: Vtinam haberem [illegible] & [illegible], & medietatem de medietate, & [illegible] egomet [illegible] domum. Soluat qui poteſt, quot oues [illegible].

De ſede & [illegible].

Quidam paterfamilias [illegible] quadrangulam [illegible] in qua poſuit [illegible] quæ [illegible] 7. [illegible] vna [illegible] & ipſa [illegible] omnibus generaliter peperit 7. Dicat qui vult, [illegible] quot porci fuerunt.

De ſcala habente centum gradus.

[illegible] vna habens gradus 100. in primo gradu ſedebat columba 1. in ſecundo 2. in tertio 3. in quarto 4. in quinto [illegible] vſque ad centeſimum. Dicat qui poteſt, quot columbæ [illegible] fuerunt.

De porcis.

[illegible] porcos, [illegible] tot porcellos [illegible] tres occiderentur. Sunt [illegible] 30. Dicat modò qui poteſt [illegible] porcellorum [illegible] de 300 in tres [illegible] compoſita eſt.

De ſalutatione pueri ad patrem.

Quidam puer [illegible] patrem, Aue (inquit) pater. Cui pater, [illegible] annos gemina [illegible], & [illegible] vnum de annis meis & habebis annos centum. Dicat qui valet, quot annorum tunc ipſe puer erat.

De columba.

Columba ſedens in arbore, vidit alias volantes, dixit eis: Vtinam [illegible] tantæ & adhuc [illegible] tunc vnà mecum centum [illegible]. Dicat qui poteſt, quot columbæ erant in primis volantes.

De ſacculo.

Quidam homo ambulans per viam inuenit ſacculum [illegible]. Hoc [illegible] alij videntes dixerunt ei: Frater da nobis portionem inuentionis [illegible] noluit [illegible] irruentes [illegible] ſacculum, & tulit ſibi [illegible] ſolidos 50. dicat qui vult quot homines fuerunt.

De epiſcopo.

Quidam epiſcopus [illegible] panes 12. in clero diuidi. Præcepit [illegible], vt ſinguli presbyteri binos acciperent panes, [illegible] lector quartam partem, ita tamen fiat [illegible] orum & panum vnus ſit numerus, dicat qui [illegible] quot presbyteri, vel quot diaconos, quotue lectores [illegible].

De homine ſcholaſticis obuiante.

Quidam homo [illegible] ſcholarij, & dixit eis: Quanti [illegible] Vnus [illegible] dicens: Nolo [illegible], Tu numera nos bis, [illegible] in quatuor partes [illegible] pars noſtrum, ſi me addas cum ipſis centenarium [illegible] quanti fuerunt [illegible] per viam.

De carpentarijs.

Septem carpentarij ſeptenas rotas fecerunt, dicat qui vult quot carra fecerunt.

De vino in vaſculis.

Centum metra [illegible] vt dicat qui velit, quot ſextarios [illegible], vel ipſa etiam centum metra quot meros habent.

De patrefamilias diſtribuente.

Quidam paterfamilias [illegible] quatuor filijs ſuis quatuor vaſcula [illegible] in primo vaſe erant modia 40. in ſecundo 30. in tertio 20. & in quarto 10. qui vocans diſpenſatorem domus ſuæ ait: Hæc quatuor vaſcula cum vino [illegible] inter 4. filios meos. ſic tamen vt vnicuique [illegible] tam & in vino, quam & in [illegible] quomodo diuidendum eſt, vt omnes æqualiter ex hoc accipere poſſint.

De camelo.

Quidam paterfamilias [illegible] de vna domo ſua ad alteram domum [illegible] 30. & habens camelum [illegible] in [illegible] ex vna [illegible] ad [illegible] de annona ferre modios 30. & in [illegible] ſemper modium vnum. [illegible] quot [illegible] remanſerunt.

De diſpenſatore in monaſterio

Quidam pater monaſterij habuit 12. monachos, qui conuocans diſpenſatorem domus ſuæ dedit illi oua 204. iuſſitque vt ſingulis æqualem daret ex eis omnibus portionem: ſic tamen iuſsit, vt inter 5. presbyteros daret oua 85. & inter 4. diaconos 68. & inter tres 51. dicat rogo qui valet, quot oua vnicuique ipſorum in portione euenerunt, ita vt in nullo nec ſuperabundet numerus, nec minuatur, ſed omnes, vt ſuprà diximus, æqualem in omnibus accipiant portionem.

PROPOSITIONVM SOLVTIONES.

De limace ſolutio.

IN leuca vna ſunt 1500. paſſus, 7500. pedes, 90. vnciæ, quot vnciæ, tot dies fuerunt, qui faciunt annos 246. & dies 210.

De ciconiis.

Qui primis ab illo viſi ſunt, fuerunt 36. & huius medietas medietatis ſunt 18. & huius numeri medietas ſunt 9. dic ergo ſic, 72. & 18. fiunt 90. adde 9. fiunt 99. adde loquẽtem, & habebis 100. *Alia.* 28. & 28. & tertio ſic, fiunt 84. & medietas tertiæ fiunt 14. ſunt in totum 98. adiectis duabus, 100. apparent.

De equis.

40. equi erant qui paſcebantur, alij tantum fiunt 800. medietas huius medietatis, id eſt 20. ſi addatur, fiunt 100.

De centum denariis.

Fac 9. ſcrofas & 1. verrem in 55. denarijs, & 80. porcellos in 60. ecce porci 90. in 5. reliduis denarijs fac porcellos 10. & habebis centenarium in vtroq; numerum.

De communi negotio.

In primis 250. porci erant, qui 100. ſolidis comparati (ſicut ſuprà dictum eſt) in 2. ſolidis, 5. porcos: qui ſiue quinquagies quines ſiue quinquies 50. dixeris, 250. numerabis: quib. diuiſis, vnus tulit 125. alter ſimiliter 125. vnus vẽdidit deteriores 3. ſemper in ſolido: alter verò meliores duos in ſolido. Sic euenit, vt is qui deteriores vẽdidit, de 120. porcis, 40. ſolidos eſt adeptus: qui verò meliores, 60. ſolidos eſt cõſecutus: quia de inferiorib. 30. ſemper in 10. ſolidis: de melioribus autẽ 20. in 10. ſolidis ſunt venundati: & remanſerunt vtriſq; 5. porci: ex quibus ad lucrum 4. ſolidorum & 2. denarios facere potuerunt.

De diſco.

Aurum penſat vncias 9. argentum penſat ter 9. vncias, id eſt libras 2. & vncias 3. aurichalcum penſat ter libras 2. & ter 3. vncias, id eſt libras 6. & vncias 9. ſtannum penſat ter libras 6. & ter 9. vncias, hoc eſt libras 20. & vncias 3. Et 9. vnciæ & 2. libræ cum 3. vncijs, & 6. libræ cum 9. vncijs, & 20. libræ cum 3. vncijs adunata 30. libras efficiũt. Itẽ aliter ad ſolidum: aurum penſat ſolidos argenteos 15. argentum ter 15. id eſt 45. aurichalcum ter 45. id eſt 135. ſtannum ter 135. hoc eſt 405. iunge 405. 135. & 45. & 15. & inuenies ſolidos 100. quod ſunt libræ 30.

De cuppa.

Per primam fiſtulam 3600. ſextarij cucurrerunt: per ſecundam, 2400. per tertiam, 1200.

De ſago.

De 400. 80. pars 5. ſunt: & de 100. 4. Siue ergo octogies 5. ſiue centies 4. dixeris, ſemper 400. inuenies, tot ſagi erunt. Decima pars ſexagenarij, 6. ſunt: decima verò quadragenarij, 4. ſunt. Siue ergo decimam ſexagenarij, ſiue decimam quadragenarij decies miſeris, 100. portiones, 6. cubitorum longas, & 4 cubitorum latas inuenies.

De ampullis relictis.

Tres igitur ſunt filij & 30. ampullæ, ampullarum autem quædam 10. ſunt plenæ, & 10. mediæ, & 10. vacuæ. Duc ter decies, fiunt 30. vnicuique filio veniunt 10. ampullæ in portionem, diuide autem per tertiam partem, hoc eſt da primo filio 10. ſemis ampullas: deinde da ſecundo 5. plenas & 5. vacuas: ſimiliter tertio; dabis tertio, & erit trium æqua gerens amor, in diuiſio, tam in oleo, quàm & in vitro.

De exercitu in 30. villis collecto.

In villa	1	fuerunt collecti milites	2
	2		4
	3		8
	4		16
	5		32
	6		64
	7		128
	8		256
	9		512
	10		1024
	11		2048
	12		4096
	13		8192
	14		16384
	15		32768
	16		65536
	17		131072
	18		262144
	19		524288
	20		1048576
	21		2097152
	22		4194214
	23		8388428
	24		16776856
	25		33553712
	26		67107424
	27		134214848
	28		268429696
	29		536859392
	30		1073718184

De veſtigiis boum.

Nullum omnino bos veſtigium in vltima riga facit, eo quòd ipſe præcedit aratrum, & hunc aratrum ſequitur. quotquot enim hic præcedendo inexculta terra veſtigia facit, tot ille ſubſequens excolendo reſoluitur. Propterea illi⁹ omnino nullũ reperitur, id eſt in vltima riga veſtigiũ.

De rigis quas facit homo.

Ex vno capite campi tres, & ex altero, quæ faciunt rigas verſuras ſeptem.

De boue ducto.

Prior qui dari ſibi duos rogauit boues, habebat 4. at vero qui rogabatur habebat 8. dedit quippe rogatus poſtulanti duos, & habuerunt vterq; 6. qui n. propios acceperat, reddidit 2. dandi priori qui habebat 6. & habuit 8. quod eſt duplum à 4. & illi remanſerunt 4. quod eſt ſimplum ab 8.

De ſororibus.

Primò omnium ego & ſoror mea introiſſemus in nauim & transfretaſſemus vltra, transfretatoq; fluuio dimiſiſſem ſororem de naui & reduxiſſem nauim ad ripam: tunc vero intro ſſent ſorores duorũ virorũ, illorum videlicet qui ad littus remanſerant: illis itaq; fœminis naui egreſsis, ſoror mea quæ prima tranſierat, intraret, ad me nauimq; reduceret: illa egrediente foras, duo in naui fratres intraſſent, vltraque veniſſent: tunc vnus ex illis vnà cum ſorore ſua nauim ingreſſus, ad nos transfretaſſet: ego & ille qui nauigauerat, ſorore mea remanente foris, vltra veniſſemus: nosque ad littora vectos, vna ex illis duabus quælibet mulieribus, vltra nauim reduceret, ſoror æquè mea ſecum recepta, pariter ad nos vltra veniſſent: & ille cuius ſoror vltra remanſerat nauim ingreſſus, eam ſecum vltra reduceret. Tali igitur ſicque ſollicitante ſtudio, facta eſt nauigatio, nullo fuſcante inquinationis contagio.

De lupo & capra.

Simili nanq; tenore ducerẽ prius capram & dimitterẽ foris lupum & caulum: tunc deinde venirem, lupumq; ie vltra tranſirem, lupoq; foris miſſo: rurſuſq; caprã naui re-

[illegible] iam [illegible] redeuntem, [illegible] tran[illegible] [illegible] gulſem. [illegible] que [illegible] em. [illegible] te[illegible] [illegible] beceratimus.

De [illegible] [illegible].

I [illegible], pri[illegible] intraſſent duo [illegible], vnuſq; ex illis reduceret na[illegible]: [illegible] tranſiſſe, deinde ſilius eius re- [illegible] frater illius nauim ingreſſus [illegible] illes qui ante [illegible] [illegible] reduceret, [illegible] [illegible], & [illegible]: tali ſub remigante [illegible] forſitan ſine naufragio.

Aliud.

.s. o	φ	s. ɔ	φ	.s oo	φ
7		8		9	

Vnde-

Quadrecupli.

14000	1000
12 600	900
11200	800
9800	700
8400	600
7000	500
5600	400
4200	300
2800	200
1400	100
1260	90
1120	80
9080	70
8060	60
700	50
560	40
420	30
280	20
140	10
126	9
112	8
98	7
84	6
70	5
56	4
42	3
28	2
14	1
12 sss	sss.
11 s	sss
10 s	ss.
9 .ss	ss
8 .s	s.
7	s
5 sss	.ss.
4 ss	.ss
3 s	.s.
2 .ss	.s
1 ss.	℥
1 .s	/
s	s.
.ss s. o	oo
.s. s.	ɔ
.s oo	o
/ o	◆

13

Quindecupli.

15000	1000
13500	900
12000	800
10500	700
9000	600
7500	500
5000	400
4500	300
3000	200
1500	100
1350	90
1200	80
1050	70
900	60
750	50
600	40
450	30
300	20
150	10
135	9
120	8
105	7
93	6
75	5
60	4
45	3
30	2
15	1
13 ss.	sss.
12 s	sss
11 .s.	ss.
10	ss
8 ss.	s.
7 s	s
6 .s.	.ss.
5	.ss
4 ss.	.s.
3 ss.	.s
1 sss s.	℥
1. s.	/
s. s.	s.
..ss	oo
.s s. ɔ	ɔ
s. s.	o
./ ɔ.	◆

14

Sedecupli.

16000	1000
14400	900
12800	800
11200	700
9600	600
8000	500
6400	400
4800	300
3200	200
1600	100
1440	90
1280	80
1120	70
960	60
800	50
640	40
480	30
320	20
160	10
144	9
128	8
112	7
96	6
80	5
64	4
48	3
32	2
16	1
14 ss	sss.
13 .ss	sss
12	ss.
10 ss	ss
9 .ss	s.
8	s
6 ss	.ss.
5 .ss	.ss
4	.s.
3 ss	.s
2	℥
1 .ss	/
ss	s.
ss oo	oo
.ss	ɔ
.ss. o	o
./ oo	◆

15

BEDAE PRESBYTERI
PRAEFATIO IN LIBELLVM
DE NVMERORVM DIVISIONE.

Ad Conſtantinum ſuum.

VIs amicitiæ penè impoſsibilia redigit ad poſsibilia, nam quo modo rationes Numerorum abaci explicare contenderemus? nisi te adhortāte, ô mi dulce ſolamen laborum Conſtantine. Itaq; quum aliquot luſtra iam tranſierint, ex quo nec librum, nec exercitium harum rerum habuerimus, quædam repetita memoria eiſdem verbis protulerimus, quædam eiſdem ſententijs. Nec putet philoſophus ſine literis hæc alicui arti vel ſibi eſſe contraria. Quid; enim dicet eſſe digitos, articulos, minuta, qui auditor maiorum fore dedignatur. Vult tamen videri ſolus ſcire, quod mecum ignorat: vt ait Flaccus. Quid quum idem numerus modo ſimplex, modo compoſitus: nunc digitus, nunc conſtituatur vel articulus? Habes ergo (talium diligens inueſtigator) viam rationis, breuem quidem verbis, ſed prolixam ſententijs, & ad collectionem interuallorum & diſtributionem in actualibus geometrici radij ſecundum inclinationem & erectionem, & in ſpeculationibus & actualibus ſimul dimenſionis cœli & terræ plena fide comparatam.

De ſimplici.

SI multiplicaueris ſingularem numerum per ſingularem, dabis vnicuique digito ſingularem, & omni articulo decem, directe ſcilicet, & conuerſim.

Si ſingularem per decenum, dabis vnicuiq; digito decem, & omni articulo centum.

Si ſingularem per centenum, dabis vnicuique digito centum, & articulo mille.

Si ſingularem per millenum, dabis digito mille, & articulo decem millia.

Si ſingularem per decenum millenum, dabis digito decem millia, & articulo centum millia.

Si ſingularem per centenum millenum, dabis digito centum millia, & articulo mille millia.

De deceno.

SI decenum per decenum, dabis digito centum, & articulo mille.

Si decenum per centenum, dabis digito mille, & articulo decem millia.

Si decenum per millenum, dabis digito decem millia, & articulo centum millia.

Si decenum per decenum millenum, dabis digito centum millia, & articulo mille millia.

Si decenum per centenum millenum, dabis digito mille millia, & etiam vnicuiq; articulo decies mille millia.

De centeno

SI centenum per centenum, dabis digito decem millia, & articulo centum millia.

Si centenum per millenum, dabis digito centum millia, & articulo decies centena millia.

Si centenum per decenum millenum, dabis digito mille millia, & articulo decies mille millia.

Si centenum per centenum millenum, dabis digito decies mille millia, & articulo centies mille millia.

De milleno.

SI millenum per millenum dabis, digito decies centena millia, & articulo millies mille millia.

Si millenum per decenum millenum, dabis digito decies mille millia, & articulo centies mille millia.

Si millenum per centenum millenum, dabis digito centies mille millia, & articulo centies millies mille millia.

De deceno milleno.

SI decenū millenū per decenum millenum, dabis digito centies mille millia, & articulo millies mille millia.

Si decenum millenum per centenum millenum, dabis digito millies mille millia, & articulo decies millies mille millia.

De centeno milleno.

SI centenum millenum per centenum millenum, dabis digito decies millies mille millia, & articulo centies millies mille millia.

Quomodo diuidatur ſingularis per ſingularem, vel centenus per centenum, vel millenus per millenum.

IN partitione numerorum abaci, ſicut ſe habent ſingulares ad ſingulares, ſic quodammodo habent ſe decem ad decenos, centeni ad centenos, milleni ad millenos, hoc modo:

Si volueris diuidere ſingulares per ſingulares, vel decenum per decenum, vel centenum per centenum, vel millenum per millenum, ſecūdum denominationem eorum ſingulares ſingularibus ſubtrahes.

Quomodo ſingularis ſua quantitate metiantur decenos, centenos, millenos.

IN partitione numerorum abaci, ſicut ſe habent ſingulares ad decenos & centenos & millenos: ſic ſe habent decem ad centenos & millenos, & centeni ad millenos, & milleni ad vltra ſe compoſitos decenos millenos, & centenos millenos, hoc modo: Si volueris per ſingularem numerum diuidere decenum aut centenum, aut millenum vel ſimul vel intermiſſe, differentiam diuiſionis à ſingulari ad decenum, per integram denominationem diuidendi multiplicabis, & articulos quidem propria denominatione & poſita differentia diminues, digitos vero digitis aggregabis: & ſi articuli prouenient vt ſupra, diminues vſq; ad ſolos digitos, & millenus quidem habebit articulos in millenis, digitos in centenis, centenus articulos in centenis, digitos in decenis: decenus articulos in decenis, digitos in ſingularibus.

Quomodo metiatur decenus centenum aut millenum, vel centenum millenum, vel millenum & vlteriores.

SI volueris per decenum numerum diuidere centenum vel millenum, aut per centenum millenum vel vlteriores, aut per millenum ſequentes, differentiam diuiſoris quaſi ſingularis ad decenum, per integram denominationem diuidendi multiplicabis, id eſt per vocabula ſingularis, ac decem articulos ac digitos diminues vſque ad extremum diuiſorem, ſicut fiebat in ſingularibus quemlibet numerum diuidentibus.

Quomodo ſingulares cuncti, decenis metiantur decenos centenos, millenos, vel ſimul, vel intermiſſe.

SI volueris per compoſitum decenum cum ſingulari diuidere, vel ſimplicem decenum vel cum ſingulari compoſitum, conſidera quotā partem diuiſoris teneat ſingularis: nam ſecundus ſingularis habet rationē ad ſecundas diuidendi, tertius ad tertias, quartas ad quartas, quintus ad quintas, & deinceps, id eſt differentia à ſingulari diuiſoris ad decenum multiplicabitur per denominationem ſecundarum, tertiarum, quartarum: quod vero exuperat ſecundas, tertias, quartas, quintas aggregabis: & ſi multipli-

ciores ſunt diuiſore, eadem regula diminuentur: ſimiliter vero & ſingulares compoſiti ad diuidendum aggregabuntur. Et in centenis & millenis idem facies, niſi quòd vnum centenum vel millenum in cæteros diſsipabis, quod in vno non euenit deceno, & articuli quidem ab vno centeno vel milleno ſecundabuntur, à pluribus diuidendorum obtinebunt ſedes.

Item alia diuiſio centeni vel milleni, & deinceps per eoſdem diuiſores.

SI volueris diuidere centenum vel millenum, & deinceps, per decenum cum ſingulari compoſitum, primum centenum veluti ſuprà diuides, ſumpta differentia diuiſoris à ſingulari ad decenum: & quod ſuperauerit, per denominationem propoſiti centeni multiplicabis: & ſi ſingulariter centeno ad compoſitionem additur: aut decenus cum ſingulari, diminues vel aggregabis (quemadmodum ſuperius dictum eſt) in decenis & ſingularibus: & primi quidem articuli ſunt in ſumma diuidendis proxima ac minore: augmentati verò in articulos alios, diuidendorum obtinent ſedes.

Quomodo decem iuncti centenis, vel centeni millenis metiantur centenos aut millenos aut vlteriores.

SI volueris per compoſitum centenum cum deceno, vel compoſitum millenum cum centeno diuidere, aut centenum, aut millenum: conſidera quotam partem diuiſoris teneat quingenus, vel cētenus, vel millenus, & per denominationem earum partium, multiplica differentiam diuiſoris, ſicut faciebas in ſingularibus iunctis cum decenis.

Item alia diuiſio centeni vel milleni, & deinceps per eoſdem compoſitos diuiſores & ſimplices.

SI volueris diuidere cētenum, vel millenum, per decenum: aut millenum per centenum, ſumes differentiam diuiſoris, ſecundum rationem ſingularium ad decenum, & multiplicabis. Aut per totam denominationem diuidendi, ſi ſimplex decenus, vel centenus diuiſor eſt, vel per ſecundas, vel per tertias, vel per quartas, vel per quintas, ſi compoſitus eſt: habita videlicet ratione, quam partē compoſiti diuiſoris teneat decenus, vel centenus.

Quomodo vno medio numerorum intermiſſo, iuncti duo extremi cæteros metiantur.

SI volueris diuidere centenum vel millenum per compoſitum centenum vel millenum: vno intermiſſo, vnum diuidendorum ſumes ad minuta componenda, & maximum diuiſorem reliquę parti comparabis. Et ſi quid abundauerit, relinquendis repones. Minutum autem per denominationem eius, per quem diuiſor coæquatur, diuidendo multiplicabis. Et in digitis quidem perfecta ponetur differentia. Ante articulos verò, altera differentia, vno minus, quaſi rationem habens ad iuxta poſitos, quum ſunt digiti, & articuli. Nam ſolus articulus, id eſt ſine digitis, integram proponit ſibi differentiam. Solus digitus, integram ſupponit: & tum quum ſolus eſt digitus, ei qui ad minuta componenda ſecluſus eſt, differentia integra ſecundabitur. Et hæ quidem differentiæ, & ſi quis fortè à maximo diuiſore ſecluſus eſt, ſignificabunt quod relinquitur ex diuidendis.

Quomodo centenus cum ſingulari metiatur millenum & vlteriores, vel millenus cum decenu decenos millenos & vlteriores.

SI volueris diuidere millenum vel vlteriores, per centenum cum ſingulari compoſitum, vnum millenum in centenos diſsipabis. Et rurſus vnum centenum ad minuta componenda ſecludes, & maximum diuiſorem reliquæ parti comparabis. Et ſi quid ſecludetur, relinquendis repones. Minutum autem, vt in ſuperiori capitulo multiplicabis, reliquaque omnia vel quæ ſecluduntur, vel quæ pro differentijs adhibentur, ordinabis. Rurſuſque eaſdem differentias, ac ſi qui fortè ſecluſi ſunt, per denominationem propoſiti diuidendi multiplicabis. Ac iterum eadē regula deduces, vſque ad extremas differentias, & in millenis diuiſoribus cum decenis, ad decenos millenos & vlteriores, quaſi eandem ipſam rationem ſeruabis.

Quot diuiſores ſint in quolibet diuidendo.

SI volueris noſſe quot diuiſores ſint in quolibet diuidendo, articulos à quibus denominationes fiunt multiplicationis, ſecundabis ad digitos, & ſi augmento eorum articuli prouenient, reflectes ad articulos: & ſi in ſingularibus pares diuiſoribus prouenerint, totidem vnitates collectionibus aggregabis. Igitur & in denominationibus à toto & à partibus quæ ſunt à ſecundis & tertijs & quartis, & deinceps ſecundum eandem rationem pro extremo diuiſore vnitatem conſtitues. Et ſicut in centenis & millenis, quod ab vno exuperat, per denominationem totius ſummæ multiplicantur: ſic diuiſores, per denominationem totius diuidendi multiplicabuntur. Sed in ipſis tantumodo centenis & millenis, ſimplex decenus diuiſor centeni vel milleni, & vltra compoſitorum denominationes mittit ad tertias, idem ad tertium locum ab eo quem diuidit, ſcilicet in colligendis diuiſoribus. Centenus vel millenus diuiſores ſui, & cōpoſiti, vno relicto, denominationes ſuas mittunt ad extremos digitos.

De protenſione quarundam menſurarum terræ.

DIgitus eſt minima pars agreſtium menſurarum.
Vncia habet digitos tres,
Palmus, in quatuor protenditur digitos.
Pedem, ſedecim metiuntur digiti.
Paſſus, quinque pedum menſuram ſortitur.
Pertica, duos paſſus, videlicet decem pedes explicit.
Paſſus centum & vigintiquinque, ſtadium abſoluunt.
Stadia octo, miliarium præſtant.
Mille paſſus, id eſt miliarium & dimidium, leucam faciūt, habentem paſſus mille & quingentos.
Duæ leuuæ, ſiue milliaria tria, reſtam efficiunt.
Quidam leucam, pro leuua legunt.

¶ Ambitus totius terræ, ducentorum quinquagintaduorum millium ſtadiorum abſoluitur, quæ faciunt leuas Gallorum viginti & vnam: per duodecim, diuiſis eiſdem ſtadijs. Milliaria triginta vnum & quingenta: per quinquaginta, in diuiſis eiſdem ſtadijs. Paſſus tricies & ſemel, mille millia & quingentos pedes (centies vicies & quinquies, multiplicatis eiſdem ſtadijs) centies quinquagies & ſepties mille (paſsibus, millia & quingentas vncias (quinquies multiplicatis) millies octingenties (pedibus) nonagies mille millia (duodecies multiplicatis) mille millia. Digitos quinq; millia, ſexcenties ſeptuagēſies & vnum mille: vnciæ per tres multiplicatæ.

FINIS libri Bedæ, de Numerorum diuiſione.

BEDAE PRESBYTERI LIBER DE LOQVELA PER GESTVM DIGITORVM, ET TEMPORUM RATIONE.

In eundem librum Epiſtola cuiuſdam docti ad Lectorem.

QVoniam fortaſſe vt res quædam noua, cõputandi ratio à doctiſſimo Beda tradita, ita etiam leuius quippiam tibi facilè videri poſſit, quàm quod te (viro grauiſſimo) dignum ſit ſtatui è re fore, ſi tibi quum Græcorum, tum Latinorum teſtimonia quædam proferrem, quibus hanc numerandi rationem haud modo noſtris, iiſque antiquioribus quàm Beda ac Hieronymus fuerint, verùm etiam ipſis Græcis in vſu fuiſſe perſpicias. Ita enim facilè fore confido, vt munus noſtrum tam gratum tibi futurum ſit, quàm quod gratiſsimum. Quare iam Plutarchum illum Chæroneum primùm, teſtimonium Græcè dicentem audiamus.

Plutarchus per initia Apophthegmatũm Regum & Impp.

Ὀρόντης ὁ βασιλέως ὁ Ἀρταξέρξου γαμβρὸς, ἀτιμίᾳ περιπεσὼν δι' ὀργὴν καὶ καταγνωσθεὶς, ἔφη καθάπερ οἱ τῶν ἀριθμητικῶν δάκτυλοι, νῦν μὲν μυριάδας, νῦν δὲ μονάδα τιθέναι δύνανται, τὸ αὐτὸ καὶ τοὺς τῶν βασιλέων φίλους, νῦν μὲν τὸ πᾶν δύνασθαι, νῦν δὲ τοὐλάχιστον.

Hoc eſt, Orontes Regis Artaxerxis gener, quum ob iram inhonoratus condemnatuſque iaceret: Quemadmodum (inquit) computatorum digiti nunc decem millia, nunc vnum ſignificare poſſunt, eodem modo & Regum amici quandoque omnia, quandoque minimum poſſunt.

Macrobius Saturnal. libr. 1.

Inde & ſimulachrum eius plerunq; fingitur manu dextera, trecentum: & ſiniſtra, ſexaginta quinq; numerum tenens: ad demonſtrandam anni dimenſionem.

Plinius Natur. hiſt. lib. 34. cap. 7.

Ianus Geminus à Numa Rege dicatus, qui pacis belliq; argumento colitur, digitis ita figuratis, vt trecentorũ quinquaginta quinque dierum nota per ſignificationem anni, temporis & æui, ſe deum indicaret. Sed vt obiter vtrunq; autorem emendemus, rectius apud Plinium ſcriptum eſt Quinquaginta quinque, quàm apud Macrobium Sexagintaquinque: nam profectò quam anni dimenſionem ſtatua à Numa eſſet conſtituta? aut certè quónam pacto ea potuit tunc anni ratio indicari, quam multis poſt annis C. Cæſar Pont. Max. inſtituiſſet? Verba autem illa duo apud Pliniũ (per ſignificationem) vt adulterina, inducenda ſunt.

Apuleius Apologia 2.

Si triginta annos pro decem dixiſſes, poſſes videri pro computationis geſtu erraſſe, quos circulare debueris digitos aperuiſſe. Quum verò quadraginta, quæ facilius cæteris porrecta palma ſignificantur, ea quadraginta, tu dimidio auges: non potes digitorum geſtu erraſſe, niſi fortè triginta annorum Pudentillam ratus, binos, cuiuſque anni Conſules numeraſti.

Quintilianus Orat. Inſtit. lib. 1.

Nam quum ſit geometria diuiſa in numeros atq; formas, numerorum quidem notitia non oratori modò, ſed cuicunq; primis ſaltem literis erudito neceſſaria eſt. In cauſis verò vel frequentiſsimè verſari ſolet, in quibus actor, non dico, ſi circa ſummas trepidat, ſed ſi digitorum ſolùm incerto, aut indecoro geſtu à computatione diſſentit, iudicatur indoctus.

Iuuenalis Satyra 10.

Atque ſuos iam dextra computat annos.

Sed quid ego plura, in re non dubia? quaſi verò (Lector optime) iam te ita digitis ludentẽ videre mihi non videar, vt riſum moueas.

INCIPIT PRAEFATIO.

¶ BRIDFERTI RAMESIENSIS GLOSSAE.

Præfatio.] id eſt præloquutio. *Incipit.*] Compoſitum verbum eſt ex integro & corrupto: vt, In, integra pars eſt, & Capio, corrupta, a enim mutatur in i, & corripitur. Incipit autem eſt inchoat, vel initium capit, vel exordium ſumit. Quidam autem dicunt, quòd componitur ex In, præpoſitione, & Cœpi, defectiuo verbo, quod tãtùm præteritu habet, & per œ ſcribitur, & ſignificat cœptionem, vel inchoationem, vnde & legimus: Cœpit Dauid arcẽ Sion.

DE natura rerum & ratione temporum, duos quondam ſtricto ſermone Libellos compoſui: nunc prolixiùs de Temporum ratione (Domino iuuante) dicturi neceſſarium duximus, vtiliſſimam primò, promptiſſimamq; flexus digitorum, paucis præmonſtrare ſolertiam, vt quum maximam computandi facilitatem dederimus, tum paratiore legentium ingenio ad inueſtigandam dilucidandamq; computando ſeriem temporum veniamus. Neq; enim contemnenda, paruiue pendenda eſt regula, cuius omnes penè ſacræ expoſitores Scripturæ, non minus quàm literarum figuras monſtrantur amplexi.

Glossa. ¶ *De natura rerum, &c.*] Non eſt prætermittendũ quum dixit *De natura rerum*, cur nõ etiam de Natura tẽporum, vel de Ratione rerum & ratione tẽporum dixit. Aliud eſt ergo de natura rerũ diſſerere, aliud de ratione. Natura rerũ, eſt ſubſtantia ipſa ſpiritualis vel corporalis creaturarũ cum qualitatib. proprijs, ſed prius quærendũ eſt de natura temporum, vt facilis ratio eorum appareat, non enim in hoc loco ratio pro natura poſita. Natura ergo tẽporum eſt, mutabilium rerũm motus: ſed quoniam motus ipſe ordinatus eſt, & naturales numeros non excedit, à Deo creatus eſt, & creatura ordinata eſt, & poteſt propria ſubſtantia eſſe & aliarum creaturarum qualitas, id eſt ordinata mutabilitas, ſed quia motus ipſe, qui eſt tẽporis ſubſtantia, naturales articulos habet, & morarum certa & ſecreta ſpacia, quũ de ipſis articulis vel morulis aliquid diſſeritur, ratio temporum appellatur. Non ergò de motibus rerum, autor iſtius libri diſſeruit, ſed de articulis & certis ſpacijs temporalium motionum Libellum compoſuit. Statu, curſu, & fine temporũ, totus iſtius libri textus perficitur. Prima enim pars, id eſt à principio vſq; ad Chronica, ſtatum, id eſt naturalem temporum curſum continet. Media verò, id eſt quæ in Chronicis continentur, curſum tẽporum, id eſt quæ in eis facta ſunt, pronunciat. Vltima autem finem temporum, id eſt reliqua ſextæ ætatis & diem iudicij declarat, Namq; quamuis tempus ſemper videatur eſſe in motu, tamen ad ſtatum redit, à quo inchoat. Nunquam enim motus fieri poteſt, qui non aliquando à ſtatu inchoauerit. Labentib. temporum curriculis, finem quum voluerit imponet. Vbi notandum, quia ſi ipſa tempora ſinienda eſſe pronunciat, difficilis quæſtio eſt. Tempora enim creata & ordinata à Deo, ſubſtantia ſunt. Quomodo ergo creata ſubſtantia deficiet, niſi fortè ipſa ſigna, cuius motibus efficiuntur, tempora ſtabilia erunt, & currere ceſſabunt? Quod nondũ credere poſsũ. Nam ſi ſemper cœleſtia ſigna cucurrerint, neceſſe eſt tẽpora finem non habere. Si autem labentes temporum curricula dicit ea, quæ in temporibus aguntur, id eſt humana negocia, homines naſci, creſcere, decreſcere, mori: ſimiliter & cætera animalia, ligna, olera

deficere,

dehi[illegible] Illa enim [illegible] inter [illegible] b[illegible], [illegible] dem eſt. Omnia tempora [illegible] tempora [illegible] ſed [illegible] ſemper [illegible] ta non ſit temporum [illegible], ſed [illegible] non ſentiantur. Quum enim [illegible] hominibus [illegible] appareret, ubi nihil præterit, nihil futurum eſt, ſed ſemper [illegible] nunc quicquid temporum præteriit [illegible] ut nos quum [illegible] non ſentimus, [illegible]. Propterea [illegible] dies [illegible] ab. [illegible] triſte [illegible] noſtrum [illegible] intelligitur. Sed [illegible] ſuis Hebraicæ veritatis [illegible] integram proſero purita[illegible] quæ [illegible] dicturum [illegible] Hebraicis [illegible] Auguſt. in lib. de Ciu. Dei, [illegible] in tertio Hiſtoriæ Eccleſiaſt[illegible] libro, &c. In libro Hebraicarum quæſtionum [illegible] D. Hieronymus: [illegible] quod [illegible] ad [illegible] ducentorum, & quid ex [illegible] annorum [illegible] In Hebræo [illegible] & [illegible]. Et poſt pauca: Famoſa quæſtio [illegible] omnia ventilata, quod iuxta di[illegible] 14 [illegible] poſt diluuium Mathuſalem [illegible]. Et quomodo verum eſt, quod [illegible] ſunt? Reſtat ergo, ut [illegible] in hoc ſit error [illegible]. Item [illegible] D. [illegible] Auguſtinus. [illegible] numerorum [illegible] Latinis, aliter in Hebræo, [illegible] prius additis & poſtea detractis per tot [illegible] parilitas, nec malitiæ Iudæorum, [illegible] prudentiæ Septuaginta interpretum, ſed [illegible] errori, qui de bibliotheca Ptolemæi regis [illegible] deſcribendum primus accepit, ubi potuit [illegible] ſcriptoris error. Item in eodem libro ſic dicit: Nam ex Adam uſque ad diluuium computantur anni [illegible] 2262. [illegible] Hebræos [illegible] 16[illegible]. [illegible] in decimoſexto libro, decimo capite Be[illegible] Auguſtinus. Sunt itaq; anni a diluuio uſque ad Abra[illegible] 2. [illegible] vulgaram editionem Septuaginta [illegible]. [illegible] autem codicibus longe pau[illegible] annos perhibent inueniri, de quibus rationem aut nul[illegible] reddunt. Diuerſo ſtylo, [illegible] pluribus [illegible] dixerant [illegible], id eſt diuerſa pronunciatione, non [illegible] fide, id eſt non diuerſa intelligentia. Hoc teſtimo[illegible] utitur ſanctus Auguſtinus contra eos qui [illegible] verba eius intelligere non valentes, dicebant Auguſtinum non bene ſcripſiſſe de his quæſtionibus, de quibus alij ſcriptores bene ſcripſerunt: id eſt, facilius ex verbis aliorum [illegible] q ex Auguſtini ſcriptis unus atq; idem [illegible] [illegible]gitur. Suadet [illegible], ut relinquant ſua ſcripta his [illegible] intelligere, & recurrant ad eos à quibus ſa[illegible]. Quoniam ideo [illegible] eſt plures libros à [illegible] conſici, verbis tantummodo diſcre[illegible] eundem ſenſum habentibus. ut quid[illegible] in uno [illegible] intelligitur, in alio facilius intel[illegible], verbi gratia, Hieronymus & Auguſtinus in [illegible] quæſtione unum atq; idem [illegible]: ſed ex verbis [illegible] intelligit, quod Hieronymi non intellexit: [illegible] contrario, Hieronymi [illegible], quod Auguſtini [illegible].

ALIVD SCHOLIVM IOAN-NIS NOVIOMAGI.

De temporum ratione, Domino iuuante, dicturi, neceſſarium duximus, utiliſſimam primo promptiſſimamq; flexus digitorum pau[illegible] præmonſtrare ſolertiam.] Indicat Beda numerorum no[illegible], quæ in [illegible] digitorum geſtu, neceſſariam eſſe [illegible] temporum: cum enim cycli ſolares lu[illegible], unde hæc temporum ratio pendet, magnis nu[illegible], quos ſcriptis numeroru notis ſignare multum [illegible] complecti, tam longum ſeri [illegible], cum commodiſſimum eſt habere expeditam rationem unumquemlibet numerum exprimere flexibus digitorum, quod [illegible] hominibus natura [illegible] apto digitorum [illegible] feciſſe videtur. Cum. n. ſinguli manus quinos [illegible] digitos, [illegible] conſtat [illegible], [illegible] hic numerus [illegible] perfectus, ſolus & ſummus: nam [illegible] minores numero [illegible] numeratione, [illegible] decem [illegible] ſimpliciter [illegible], ſed [illegible] repetimus dicimus undecim, id eſt decem [illegible]. [illegible] decem. [illegible] nota vnitatis [illegible] & [illegible] ſunt vndecim. Arithmetici [illegible] vocant, [illegible] omnem infra denarium, ut 1. 2. 3. &c. Horum [illegible] quodque [illegible] aliquo exprimitur, [illegible] in [illegible] pollice, [illegible] in eodem indice, 6. in pollice dextro, & [illegible] ad denarium. Articulos quoq; vocant [illegible], qui in decem æquales partes diuidi poſſunt, ut 10. [illegible]. hi enim articulis digitorum exprimuntur [illegible] denarius (quando naturali ordine numeratur) [illegible] ſuperiori articulo pollicis ſtatuitur, ſecundus in [illegible]. Sed hæc numerandi ratio, vulgatiſsima, & puerilis [illegible] ob id [illegible], ut quæ eſſet digitorum & articulorum [illegible] apud arithmeticos indicaretur pueris. Eſt al[illegible] ratio, per calculos in tabulis [illegible] parallelis poſitos, quæ & ipſa vetus eſt, neque ab uſu receſſit, niſi quod a loco calculorum numis [illegible] utantur [illegible] eſt & fuit uſus in numerandi [illegible]. Nam illa qua etiã nunc vtuntur per notas [illegible] videlicet 1.2.3.4.5.6.7.8.9.0 quas ziphras vocant, recens eſſe videtur, nec veteribus Romanis reliquiis [illegible]: nulla enim antiquitatis monumenta [illegible] notulas [illegible] inſculptas. Sed ad Bedam redeo. [illegible] poſtremo quidam doctus & ingenioſus aliter per digitos numerandi ritum, quem [illegible] Beda tradit, quo veteres vſos eſſe pluribus argumentis [illegible], ſed incuria negligentiaq; hominum ab vſu receſsit. Veterem autem apparet ex Plinij libro 24. naturalis hiſt. ca. 7. ubi ait, Ianum dicatum à Numa Pompilio [illegible] figuratis digitis expreſſum, ut 3[illegible]. dierum nota per ſignificationem annui temporis & æui ſe Deum oſtenderet: & M. T. Cic. Hortenſij ſubtilem actionis in digitos diſtributionem aliquoties eludit. Annotatum eſt quoque in hiſtoria Artaxerxis, Orontem generum regis, quum à ſocero indignatione quadam in ordinem redactus eſſet, dixiſſe, [illegible], Principum animos perſimiles videri Arithmeticorum digitis: nam ſicut computando nunc myriada digitorum geſtu conficiunt, nunc monada: ſic quoq; qui a regibus toti pendent, modo valet plurimum, modo ab illo honoris gradu ad imum deuoluti, omnibus ſunt deriſui. Cælius in Antiquis lectionibus eodem putat referendum eſſe illud Fabij in inſtitutionibus oratorijs: Si actor (inquit) non dico, ſi [illegible] ſummas trepidat, ſed ſi digitorum ſolum imperio aut indecoro geſtu a computatione diſſentit, iudicatur indoctus. Sed [illegible] loco apparet, Quintilianum reſpicere illam vulgarem computationem, de qua ſupra diximus, quod etiam de Hortenſio dici poteſt. Orator enim apud populum agit, qui has [illegible] ſæpe non intelligerent, ſed [illegible] cum maniſfeſtius de hac computatione [illegible], ut lib. [illegible] gestum pocula [illegible], aut verbera [illegible] numerum quinquaginta [illegible] pollice, efficientis, quæ ſunt à quibuſdam ſcriptoribus repreſenta, ne in ruſticis quidem vidi: ubi [illegible] controuerſia hunc computandi modum intelligit exprimi [illegible], ut & hic ex Beda [illegible] quingẽta, dextræ manus pollice flexo verſus palmam [illegible] Græcæ, qui [illegible] in dicendo foret. Leg[illegible] quinquaginta, loci forte non intelligentes, illa enim exprimuntur ſiniſtra. ſed illa manus ſola non facit geſtum. Eſt etiam apud Apul[illegible] locus in ſecunda defenſione Magiæ, qui ſine hac parte numerandi intelligi nequit. Notum & [illegible]: Atque ſuos iam dextera computat annos de Neſtore, qui ad centum annos peruenit. Centum autem, ducenta & trecenta, ſic computantur in dextra, [illegible], duo,

[illegible] vt [illegible]:

[illegible] λαιν,
[illegible]

T[illegible] ad p[illegible] ve[illegible] [illegible], quod [illegible] [illegible] per [illegible] d[illegible] g[illegible]

Tam paratum legentium [illegible]. [illegible] menſtruorum, expedietur ca[illegible] digitorum.

Permulti ſiquidem alij alias, & ipſe [illegible] interpres [illegible] Hieronymus, in [illegible] tractatu [illegible] dolor [illegible] numere. Centeſimus [illegible] gelium, & triceſimus fructus, quamquam de vna terra, & de vna ſemente [illegible], tamen multum differt in numero. Triginta referuntur ad nuptias, nam & ipſa digitorum coniunctio, quaſi molli oſculo ſe complectens & fœderans, maritum pingit & coniugem. [illegible] ad [illegible] annuſtia & tribulatione [illegible] & [illegible] ſuperiore digito deprimuntur: [illegible] maior eſt difficultas expertæ quondam voluptatis illecebris abſtinere, tanto maius & præmium.

BRIDFERTI RAMESIENSIS
Gloſſa.

Permulti ſiquidem alij alias, & ipſe diuina [illegible] *Hieronymus Euangelica* [illegible] *diſpone,* [illegible]. In [illegible] more ſuo, [illegible] & [illegible] ceteri, [illegible] tr[illegible] [illegible] & [illegible] fructuum [illegible] ſimul [illegible], [illegible] na[illegible].

Porro centeſimus numerus (quæſo diligenter Lector attende) à ſiniſtra tranſfertur ad dextram, & eiſdem quidem digitis, ſed non eadem manu, quibus in læua nuptæ ſignificantur & viduæ, circulum faciens, exprimit virginitatis coronam.

IOANNIS NOVIOMAGI
Scholion.

Et [illegible] interpres [illegible] Hieronymus.] Apud Mat[illegible] [illegible] Saluator [illegible] [illegible] in [illegible] Hieronymus [illegible] contra Ioninianum, [illegible], pro-

[illegible] ad [illegible], [illegible] ra [illegible], [illegible] Beda explicat [illegible], [illegible] v[illegible] [illegible] fortè cum aliquis [illegible] eſſet, [illegible].

Tres digiti in manu dicuntur articularis, medicus & impudicus, ceteri duo, index & pollex.

Primo fit indigitatio in læua manu, tali modo.

Quum ergo dicis Vnum, minimum in læua digitum inflectens, in medium palmæ artum infiges.

Quum dicis Duo, ſecundum à minimo flexum, ibidem impones.

Quum dicis Tria, tertium ſimiliter affectes.

Quum dicis Quatuor, itidem minimum leuabis.

Quum dicis Quinque, ſecundum à minimo ſimiliter eriges.

Quum dicis Sex, tertium nihilominus eleuabis, medio duntaxat ſolo, qui Medicus appellatur, in medium palmæ fixo.

Quum dicis Septem, minimum ſolum, cæteris interim leuatis, ſuper palmæ radicem pones. Iuxta quem,

Quum dicis Octo, medicum.

Quum dicis Nouem, impudicum, è regione componens.

Quum dicis Decem, vnguem indicis in medio figes artu pollicis.

Quum dicis Viginti, ſummitatem pollicis inter medios indicis & impudici artus immittes.

Quum dicis Triginta, vngues indicis & pollicis blando coniunges amplexu.

Quum dicis Quadraginta, interiora pollicis lateri vel dorſo indicis ſuperduces, ambobus duntaxat erectis.

Quum dicis Quinquaginta, pollicem exteriore artu inſtar Græcæ literæ Γ curuatum, ad palmam inclinabis.

Quum dicis Sexaginta, pollicem (vt ſupra) curuatum, indice circunflexo diligenter à fronte præcinges.

Quum dicis Septuaginta, indicem (vt ſupra) circunflexum pollice immiſſo ſuperimplebis, vngue duntaxat illius erecta trans medium indicis artum.

Quum dictis Octoginta, indicem (vt ſuprà) circunflexum, pollice in longum tenſo implebis, vngue videlicet illius in medium indicis artum infixa.

Quum dicis Nonaginta, indicis inflexi vngulam radici pollicis infiges.

Hactenus in læua, aut ſiniſtra manu.

Secundò, fit indigitatio in dextera, ſic.

Centum vero in dextera, quemadmodum Decem in læua facies.

Dextera,

Ducenta, in dextera quemadmodum Viginti in læua.

Trecenta, in dextera quemadmodum Triginta in læua.

Quadringenta, in dextera quemadmodū Quadraginta in læua.

Quingenta, in dextera: quemadmodum Quinquaginta in læua.

Sexcenta, in dextera: quemadmodum Sexaginta in læua.

Septingenta, in dextera: quemadmodum Septuaginta in læua.

Octingenta, in dextera quemadmodum Octoginta in læua.

Nongenta, in dextera: quemadmodum Nonaginta in læua.

Item Mille, in dextera: quemadmodum Vnum in læua.

Duo millia, in dextera: quemadmodum Duo in læua.

Tria millia, in dextera quemadmodum Tria in læua.

Quatuor millia, in dextera: quemadmodum Quatuor in læua.

Quinque millia, in dextera: quemadmodum Quinque in læua.

Sex millia, in dextera: quemadmodum Sex in læua.

Septem millia, in dextera quemadmodum Septem in læua.

Octo millia, in dextera: quemadmodum Octo in læua.

Nouem millia, in dextera. quemadmodū Nouem in læua.

In reliqua parte corporis indigitatio, primo cum læua manu.

Porro cum dicis Decem millia, læuam in medio pectoris ſupinam appones, digitis tantum ad collum erectis.

Quum dicis Viginti millia, eandem pectori expanſam late ſuperimpones.

Quum dicis Triginta millia, eadem prona, ſed erecta, pollicem cartilagini medij pectoris immittes.

Quum dicis Quadraginta millia, eandem in vmbilico erectam ſupinabis.

Quum dicis Quinquaginta millia, eiuſdem ſcilicet læuæ pronæ, ſed erectæ, pollicem vmbilico impones.

Quum dicis Sexaginta millia, eadem prona femur læuum deſuper comprehendes.

Quum dicis Septuaginta millia, eandem ſupinam femori ſuperimpones.

Quum dicis Octoginta millia, eadem pronam femori ſuperpones.

Quum dicis Nonaginta millia, eandem lumbos apprehendes, pollice ad inguina verſo.

Poſtea uero in læua, nunc ad dexteram.

At vero quum Centum millia dicis, dexteram in medio pectoris ſupinam appones, digitis tantum ad collum erectis,

Quum dicis Ducenta millia, eandem pectori expanſam late ſuperimpones.

Quum dicis Trecenta millia, eadem prona, ſed erecta pollicem cartilagini medij pectoris immittes.

Quum dicis Quadringenta millia, eandem in vmbilico erectam ſupinabis.

Quum dicis Quingenta millia, facies cum ipſa dextera, quemadmodum Quinquaginta millia in læua

Quum dicis Sexcenta millia, facies cum dextera, quemadmodum Sexaginta millia in læua.

Quum dicis Septingenta millia, facies cum dextera, quemadmodum Septuaginta millia in læua.

Quum dicis Octingenta millia, facies cum ipſa dextera, quemadmodum Octoginta millia in læua.

Quum dicis Noningenta millia, facies cum dextera, quemadmodum Noningenta millia in læua.

Quum dicis autem Centena millia (hoc eſt Centies centum, Millio Neotericis dicta) ambas ſibi manus, inſertis inuicem digitis implicabis.

BRIDFERTI GLOSSA.

Iam hic inſunt ſex illi Numerorum integri ordines, in ipſa vniuerſa indigitationis ratione.

Primus vero ordo, eſt Vnitatum.

Secundus autem, Denarium.

Tertius eſt, Centenariorum.

Quartus eſt, Millenariorum.

Quintus eſt, Decadum millenariorum.

Sextus & hic vltimus, eſt Centuriarum millenariorum ordo.

Iſidorus, in libro Etymologiarum vndecimo: Digiti nuncupati, vel quia decem ſunt, vel quia decenter iuncti exiſtunt. Nam habent in ſe numerum perfectum, & ordinem decentiſſimum.

Primus pollex vocatur, eo quod inter cæteros polleat virtute & poteſtate.

Secundus index & ſalutaris ſeu demonſtratorius: quia eo fere ſalutamus, vel oſtendimus.

Tertius, impudicus: quia cum ipſo putredines vulnerum Medici ungere ſolent.

Quartus, anularis: eo quod in ipſo anulus geritur. Idem & medicinalis, quod eo trita collyria a Medicis colliguntur.

Quintus, auricularis: quia ex ipſo aurem ſcalpimus.

1	10	100	1000	10000	100000
2	20	200	2000	20000	200000
3	30	300	3000	30000	300000
4	40	400	4000	40000	400000
5	50	500	5000	50000	500000
6	60	600	6000	60000	600000
7	70	700	7000	70000	700000
8	80	800	8000	80000	800000
9	90	900	9000	90000	900000
Tres digiti in ſiniſtra manu, id eſt auricularis, medicus, impudicus, vſque ad nouem continent numerum.	Duo digiti in ſiniſtra manu, id eſt index & pollex, vſque ad nonageſimum continent numerum.	Duo digiti in dextra manu, id eſt index & pollex, vſque ad nongentos continent numerum.	Tres digiti in dextra manu, id eſt auricularis, medicus, impudicus, vſq; ad nouem millia continent numerum.	Siniſtra manus ſemper vſque ad nonaginta millia per artus digitorum continet numerum.	Dextra manus ſemper vſque ad nongenta millia per iuncturas digitorum continet numerum.

Pollex, etiamſi cæteris breuior, tamen inter cæteros fortitudine pollet.

Index quoque ſalutatorius quondam, & demonſtratorius dictus.

Pollex & index, in dextra, à centum vſque ad nongenta.

Nunc tres alij in eadem dextra manu, à mille vſque ad nouem millia.

Siniſtra per artus dimenſos, corporis continebit numeros: & dextra per iuncturas & diſpoſitiones membrorum.

Sic habes Numerorum omnium per characteres demonſtrationem, aut per digitorum inflexionem.

BRIDFERTI RAMESIENSIS GLOSSAE.

¶ *Quum ergo dicis Vnum, minimum in Leua digitum inflectes, in medium palmæ artum infiges.*] In libro de ciuitate Dei vndecimo, ſic dicit beatus Auguſtinus: Ratio numeri contemnenda non eſt, quæ in multis ſanctarum ſcripturarum locis, quam magna æſtimanda ſit, elucet diligenter intuentibus. Nec fruſtra in laudibus Dei dictum eſt, Omnia in menſura & numero & pondere diſpoſuiſti. Et [illegible] vir ſap[illegible] us [illegible] Hi numeri, ex quibus vnus, ad vnitatem Dei refertur, vt est in libro Exodi, Audi Iſrael, Dominus Deus tuus vnus eſt. Duo, duo teſtamenta: in Regum libris, Fecit in Dabir duo Cherubin decem cubitorum magnitudine.

Tres, ad ſanctam trinitatem: in epiſtola Ioannis, Tres ſunt, qui teſtimonium dant, ſpiritus, aqua & ſanguis. Quatuor, ad quatuor euangelia: in Ezechiele, Et ex medio eorum ſimilitudo quatuor animalium, & Ioannes in Apocalypſi ſua, Quatuor animalia ante thronum Dei plena oculis ante & retro. item, Quaternarius enim numerus perfectus eſt, & in ſuis partibus diuiſus perfectionem obtinet. Dicitur enim vnum, duo, vel tres. Vnus namq; ad Deum pertinet: quia vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus & pater omnium, qui ſuper omnia, & per omnia, & in omnibus nobis. Duo, ad geminam dilectionem, vel (vt ſupra dictum eſt) ad duo teſtamenta. Tres, ad ſanctam indiuiduamque trinitatem, patris ſcilicet & filij & ſpiritus ſancti. Quatuor autem ad gratiam Noui teſtamenti, vel ad quatuor libros ſancti Euangelij, quæ maxime in his [illegible]. Quia enim quadratus [illegible] non fluctuat, ſed in [illegible] partem verſus [illegible], æqualiter [illegible] conſtantia ſanctorum deſignatur: [illegible] omni vento [illegible], ſed vt [illegible] proſperis ſiue aduerſis, in bonis [illegible] in conſtantia ſic perſeuerant, conſiderantes illud quod ait, Qui perſeuerarit vſque in finem, hic ſaluus erit.

Quinq;, ad quinq; libros Moſi: Paulus, In Eccleſia volo quinq; verba [illegible] loqui.

Sex, ad diem ſextum, quo Dominus hominem cum vniuerſis animantibus fecit. In Geneſi, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem. Et factum eſt veſpere & mane dies ſextus. Item beatus Gregorius in homilia 17. ſuper Ezechielem ſic dicit: Sæpe iam diximus, ſenario numero perfectionem boni operis deſignari, non illud [illegible] huius ſeculi ſapientes aſtruunt, dicentes, ideo ſenarium numerum eſſe perfectum, quia [illegible] perficitur: vt [illegible] vnus, duo vel tres [illegible], ſenarius numerus impleatur: [illegible] quia in tres partes [illegible], id eſt ſexta, tertia & dimidia: videlicet [illegible], duobus & tribus. Sed idcirco ſenarium numerum [illegible] perfectum, quia ſexto die homo eſt conditus, [illegible] Dominus [illegible] opera ſua deſcribitur, vnde [illegible] pro perfectione poni ſenarius numerus ſolet. Septem, ad diem ſeptimum, in quo perfectis omnibus Dominus requieuit. In Geneſi, Et requieuit die ſeptimo ab [illegible] opere quod patrarat. Item beatus Gregorius. [illegible] quod [illegible] numerum ſpiritus ſacra pro perfectione ponere conſueuit. Vnde & ſeptem [illegible] Dominum requieuiſſe ab [illegible] aſſerit. Hinc eſt etiam, quod ſeptimus dies in requiem hominibus, id eſt in Sabbatum [illegible] datus. Hinc eſt quod iubilæus annus, in quo plenaria requies exprimitur, ſeptem hebdomadibus conſummatur. Cum monade addito, noſtræ adunationis [illegible]. Hæc [illegible] verba, ſcripta ſunt in primo libro Moralium diui Gregorij. Auguſtinus in libro vndecimo de ciuitate Dei. Septenarius numerus pro cuiuſcunque rei diuerſitate poni ſolet. Vnde dicitur, Septies cadit iuſtus, & reſurgit [illegible] quotieſcunq; ceciderit, non peribit. Quod [illegible] de tribulationibus ad humilitatem perducentibus intelligi voluit. Item, Septies in die laudem dixi tibi, quod alibi alio modo dictum eſt, Semper laus eius in ore meo. Propterea [illegible] numero ſpiritus ſanctus ſignificatur, de quo Dominus [illegible], Docebit vos omnem veritatem. Octo, ad diem reſurrectionis, id eſt octauum. In titulo Pſalmi, In finem pro octaua. Nouem ad [illegible], quod hora nona Dominus ſpiritum emiſit, In Euangelio, Et circa horam nonam clamauit Ieſus voce magna, & emiſit ſpiritum. Decem, ad decalogum legis. In Pſalmis: In pſalterio decachordo pſallam tibi. Duodecim, ad apoſtolos: in Euangelio, Duodecim autem apoſtolorum nomina hæc ſunt. Quatuordecim, ad ſacramentum [illegible] generationum. In Euangelio [illegible] ab Abraham vſq; ad Dauid generationes quatuordecim [illegible] quindecim gradus templi. Sedecim, ad numerum Prophetarum.

Viginti duo, ad ſacramentum [illegible] voluminum ſecundum literas Hebræorum. Viginti quatuor, ad [illegible] numeri ſenarium. In Apocalypſi, Et [illegible] viginti quatuor ſeniores ſedentes. Triginta, ad fructum fidelium in Euangelio, Et dabunt [illegible] aliud centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud trigeſimum. Triginta, ad myſterium ætatis, qua Dominus in carne [illegible] verſatus eſt. In Apoſtolo, ſicut [illegible] Donec occurramus [illegible] in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Quadraginta, ad quadrageſimæ [illegible]

m[illegible].

mentum. In Euangelio, Et agebatur ſpiritu in deſerto quadraginta diebus.

Quadraginta duo, ad numerum in eremo manſionum vel ad numerum generationum, quæ ab Abraham ſunt vſque ad Chriſtum. Quinquaginta, ad Pentecoſten. In Actibus Apoſtolorum: Quum complerentur dies Pentecoſtes.

Sexaginta, ad fructum viduis ſiue continentibus debitum. In Euangelio: Et dabunt fructum, aliud ſexageſimum. Septuagintaduo, ad numerum presbyterorum vel diſcipulorum, quos Dominus elegit. In Euangelio: Poſt hæc deſignauit Dominus & alios ſeptuagintaduos & miſit binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem. Centum, ad martyrum fructum vel virginum. In Euangelio: Et dabunt fructum, aliud centeſimum.

Eſt & alterius modi computus, articulatim decurrens: qui, quoniam ſpecialiter ad Paſchæ rationem pertinet, quum ad hanc ex ordine ventum fuerit, opportunius explicabitur.

Iſte computus pertinet ad decemnoualem cyclum, & ad ſolarem. Et in hoc quod dicit Articulatim, comprehendit lunarem cyclum.

Poteſt autem & de ipſo quem prænotaui computo quædam manualis loquela, tam ingenij exercendi, quàm ludi agendi gratia figurari: qua literis quis ſingillatim expreſſis verba, quæ iiſdem literis contineantur, alteri qui hanc quoq; nouerit induſtriam, tametſi procul poſito, legenda atq; intelligenda contradat, vel neceſſaria quoque per hæc occultius innuendo ſignificans, vel imperitos quouſque quaſi diuinando deludens.

Cuius ordo ludi vel loquelæ talis eſt:

Quum primam alphabeti literam intimare cupis, vnum manu teneto.

Id eſt, ſicut oſtendis vnum in manu per minimum digitum, ſic debes A intelligere in ipſa inflexione digiti: & ſic de reliquis.

Quum ſecundam, duo.

Quum tertiam, tria.

Et ſic ex ordine cæteras.

Verbi gratia: Si amicum inter inſidiatores poſitum, vt Caute rem agat, admonere deſideras: digitis oſtende,

Tertiam,	eſt in alphabeto	c
Primam,		a
Vigeſimam,		u
Decimamnonam,		t
Quintam,		e
Primam,		a
Septimam,		g
Quintam,		e

Huius nanque ordinis literæ, Cautè age, ſignificant. Poteſt & ita ſcribi, ſi cauſa ſecretior exigat.

¶ *Eſt & alterius modi computus.*] Scilicet quàm iſte, per digitos & artus. *Articulatim decurrens.*] id eſt per articulos, ſcilicet digitos mânus. Ipſe enim particulás exteriores decurrit. *Vnum manu teneto.*] Id eſt vnitatē ſigna in manu Manu ſcilic. ſiniſtra teneto, id eſt ſicut oſtendis vnū in manu per minimum digitum, ſic debes literam a, intelligere in ipſa digitorum inflexione. Quum ſecundam ſignificas literam, duo ſcilicet teneto, & ſic de reliquis, id eſt ſicut numerus digitorum ſe ex ordine extendit, vſque ad vigintitres: plures enim non habemus literas. Et quum volueris demonſtrare k, quæ eſt decima apud nos litera, oſtende per eundem numerum, per quem oſtendis decimam in manu tua. Item aliter, Quum l volueris demonſtrare, oſtende eam per k & a, repetens à capite: quia l, vndecima eſt apud Latinos. Et ſi volueris x demonſtrare, quæ eſt viceſimaprima litera, nota eandem per u, quæ eſt viceſima litera, & per a, quæ eſt prima. Et ſic de alijs vſque ad z vltimam literam.

Sed hæc Græcorum computo literiſque facilius diſci ſimul atque agi poſſunt, qui non vt Latini, paucis iiſdemque geminatis ſuos numeros ſolent exprimere literis, verùm toto alphabeti ſui charactere in numerorum figuras expenſo, tres qui plus ſunt numeros votis ſingulis depingunt, eundem penè numeri figurandi, quem ſcribendi alphabeti ordinem ſequentes, hoc modo:

α	1	vnum	j	
β	2	duo	ij	
γ	3	tria	iij	
δ	4	quatuor	iiij	
ε	5	quinque	v	
ς	6	ſex	vj	
ζ	7	ſeptem	vij	
η	8	octo	viij	
θ	9	nouem	ix	viiij
ι	10	decem	x	
κ	20	viginti	xx	
λ	30	triginta	xxx	
μ	40	quadraginta	xl	xxxx
ν	50	quinquaginta	l	
ξ	60	ſexaginta	lx	
ο	70	ſeptuaginta	lxx	
π	80	octoginta	lxxx	
ϟ	90	nonaginta	xc	lxxxx
ρ	100	centum	c	
σ	200	ducenta	cc	
τ	300	tercenta	ccc	
υ	400	quadringenta	cccc	
ψ	500	quingenta	d	ccccc
χ	600	ſexcenta	dc	
φ	700	ſeptingenta	dcc	
ω	800	octingenta	dccc	
ϡ	900	noningenta	dcccc	ix

¶ *Quem ſcribendi alphabeti ordinem ſequentes hoc modo.*] Si quemlibet noſtri alphabeti literam vis demonſtrare, conſidera numerum, qui ſibi in alphabeti ordine naturaliter eſt attributus, & tunc Græcam literam non eiuſdem nominis, ſed eundem numerum ſignificantis inſcribe. Verbi gratia, Si vis demonſtrare g, quæ eſt ſeptima litera in ordine noſtri alphabeti, non ideo debes ponere gáma, quod eandem vim retinet apud illos, quia tertia eſt in ordine alphabeti illorum: & non ſeptima: ſed potius zeta, quod ſeptenarium numerum apud illos retinet, ſicut & apud nos g. Illud autem animaduertendum, quia Græci per ſua elementa numeros exprimentes, à denario tranſibunt ad vicenarium, à iota ſcilicet, quæ decem, ad cappa, quæ ſignificat viginti: reliquos verò numeros, qui inter decem & viginti computantur, non per ſingulos characteres, ſed per binos ſibi inuicem copulatos computantur: veluti ſi vndenarium numerum oſtendere velint, ſcribunt alpha, quod ſignificat vnum, & iota, quod ſignificat decem: ſic & de reliquis, quod etiam in tali loquutione obſeruandum eſt.

Quarundam literarum Latinarum numerus Græcus iuxta ſeriem literarum Latinarũ in ſuo alphabeto.

Literarum quarundam numerus ziphralis, ſecundum ordinem literarum alphabeti Latini.

γ	c	3
κ	u	20
ιβ	m	12
ιγ	n	13
κ	u	20
ιβ	m	12
ε	e	5
ιζ	r	17
θ	i	9
ιη	s	18
α	a	1
ιε	p	15
θ	i	9
γ	c	3
ε	e	5
ιη	s	18
ιε	p	15
ιζ	r	17
ιδ	o	14
ιγ	n	13
ιδ	o	14
ιη	s	18
ιθ	t	19
ιζ	r	17
θ	i	9
ιη	s	18
θ	i	9
ιγ	n	13
ιη	s	18
ε	e	5
ιζ	r	17
ε	e	5
ζ	g	7
ιζ	r	17
α	a	1
θ	i	9
ιδ	o	14
ιη	s	18

Hîc autem habes certum exemplum, quo te in alijs exercere poſſes: vt in hoc carmine,

Cum numeris apices, pro noſtris inſere Graios.

Interim ſcies, literam x, à Græcis ſumptam, quum habeat figuram literæ, quæ apud illos vocatur Chi, tamen apud illos nomen accepit per anaſtrophen vel conuerſionem huius Græcæ literæ quæ dicitur xi, inde apud Latinos ix. Quod autem nos per c, ſiue per k, ſiue per qu ſcribimus, Gręci per ſolum cappa k ſcribunt. V etiam, quod non habent Græci, quoties ſonum ipſius u exprimere volunt, per o micron & y pſilon ſimul copulatos ſignificant. Sed hæc loquela & ſcriptio numeralis ad literas Latinas inueniendum, literiſq́ue ſcilicet Gręcorum facilius diſci ſimul atque agi poſſunt. Facilius enim cognoſcunt Græci numerum ex ſuis literis, quàm nos ex noſtris, quia vnuſquiſque numerus habet ſuam propriam literam, per quam intelligatur. Latini autem non intelligunt numeros, niſi paucis literis, iiſdemq; etiam geminatis. Qui ſcilicet Græci, non vt Latini, paucis vtuntur, ſed omnibus literis. Paucis verò, vt his ſeptem tantùm, I V X L C D M.

Quatuor ex his duplicantur, triplicantur & quadruplicantur, iuxta numeri exigentiã: vt ſunt hæ, IIII. XXXX. CCCC. MMMM. Græci enim omnibus ſuis literis exprimunt numeros: verùm toto alphabeti ſui charactere, in numerorum figuras extenſo, tres qui plus ſunt numeros, notis proprijs, quæ ex alphabeto non ſunt, depingunt. Prima eſt ϛ, quæ dicitur epiſimon, & eſt nota numeri 6. Secunda eſt ϙ, quæ vocatur cophe, & valet in numero 90. Tertia eſt ϡ, quæ dicitur enneacoſis, quia valet 900. quia ennea Græcè, nouem Latinè: ennenecunda, nonaginta: enneacoſia, noningenta dicitur. Hi tres characteres numerorum licet interponantur literis Græcorum, non tamen ſunt literę, ſed cuiuſdam numeri notæ. Epiſimon ideo ſexto loco ponitur, quia formam ſemis habet, quod ſignificat ſex vncias, vel quia iuxta epſylon ſtat, ſignificans quinque. Cophe quoque idcirco ponitur iuxta literam pi, quæ valet 90. Enneacoſis in fine ponitur, propter vltimum numerum, qui eſt 900. tres nouenarias figurarum numeralium claudens: quia apud Latinos, vltra mille nullus eſt numerus. Græci verò quum mille 1000. notant, per virgulam ſupraſignatam, ſupra quamlibet numerorum notam diſtinctè indicant, vt $\overline{\alpha,}$ &c.

Et quia in cæteris linguis hæc fieri poſſunt, nihilominus tres ſunt principaliores linguæ: Hebræa primò, ſecundò Græca, Latina tertiò.

Hebræa autem, duas & viginti literas habet in alphabeto: & quinque, finales dictæ: vt,

א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ ל מ נ ס ע פ צ ק ר ש ת

ך ת ך ם ץ.

Sunt igitur per omnia Hebræis vigintiſeptem literæ, quæ in tres partes (vt hîc apparet) ſecantur, & quęlibet pars habet nouem literas: in prima vero nouenaria, ſunt tantum vnitates: in altera autem, ſunt decades, ſiue denaria: & in vltima, habentur centuriæ, ſiue chiliades. Sic etiam Græcis eſt, qui (vt ſuprà oſtenſum eſt) totidem habent, nempe ſeptem & viginti.

Poſtea ſequuntur Latinæ literæ, quæ ſunt tres & viginti: ſcilicet,

	1	a	prima
	2	b	ſecunda
	3	c	tertia
	4	d	quarta
	5	e	quinta
	6	f	ſexta
	7	g	ſeptima
	8	h	octaua
	9	i	nona
Græca etiam litera	10	k	decima
	11	l	vndecima
Media alphabeti litera	12	m	duodecima
	13	n	decimatertia
	14	o	decimaquarta
	15	p	decimaquinta
	16	q	decimaſexta
	17	r	decimaſeptima
	18	s	decimaoctaua
	19	t	decimanona
	20	u	vigeſima
Etiam Græcæ literæ	21	x	vigeſimaprima
	22	y	vigeſimaſecunda
	23	z	vigeſimatertia.

Non eſt neceſſe de Græcorum numero hîc amplius tradere, quia iam ſuperius eſt ſcriptum, eundem pene numeri figurandi, quàm ſcribendi, alphabeti ordinem ſequentes.

Monet autem Beda, hoc eſſe facilius apud Græcos, qui ad ſignificationem numerorum omnibus alphabeti literis & notis ex ordine vtuntur.

Qui & ideo mox vt numeros digitis ſignificare didicerint, nulla interſtante mora, literis quoque pariter ijſdem præfigere ſciunt. Verùm hæc hactenus.

Nunc ad tempora, quantum ipſe temporum conditor ordinatorq; Dominus adiuuare dignabitur, exponenda veniamus.

F I N I S.

CANONES LVNARIVM DECENNO-VENNALIVM CIRCVLORVM.

SI noſſe vis quotus ſit annus ſecundum Græcos duntaxat, multiplica 15. per 418. fiunt 6270. adde indictiones anni cuius volueris, quæ præſentis anni 2. eſſe comprobatur, & fiunt 6276.

Si noſſe vis indictionem quota ſit, ſume annos ab Adam quos habueris, & eos partire per 15. quot remanent, tanta eſt indictio: ſi nihil remanet, 15. eſt.

Si noſſe vis quotus ſit circulus ſolis, ſume iam dictos annos, & eos partire per 28. & quot remanent, tantus eſt circulus ſolis.

Si vis ſcire quid ſit concurrens, ſume circulum ſolarem, qui nunc 28. eſſe comprobatur, & quartam eiuſdem numeri ipſi adijcias, partire per ſeptem, & quot remanent, tantus eſt concurrens in 9. calendarum Aprilium.

Si noſſe vis quotus ſit circulus lunæ, ſume annos ab Adam, & hos partire per 19. & quot remanent, totus eſt circulus.

Si vis ſcire quota eſt epacta, ſume annos decennouennales q[illegible] fuerint, & de ipſis ſubtrahe ſemper vnum, & illos alios multiplica per 11. & poſtea partire per 30. & quot remanen[illegible] eſt epacta.

Si noſſe vis, quotus ſit annus ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſcito quot fuerint ordines indictionum, vtputa quinto anno Tyberij principis 46. hos per 15. multiplica, fiunt 690. adde regulares 12. quia quarta indictione ſecundum Dionyſium Dominus natus eſt: & indictione anni cui volueris, vtputa in præſenti, vnà fiunt 703. Iſti ſunt anni Natiuitatis Domini.

Si vis quota ſit indictio ſcire, ſume annos ab Incarnatione Domini, id eſt, 775. his ſemper adijce 3. fiunt 778. hos partire per 15. remanent 13. tertiadecima eſt indictio anni præſentis, ſi nihil remanet, 15. eſt.

Si noſſe vis quotus ſit circulus lunæ, ſume annos Domini, vtputà 774. & ſubtrahe ſemper duo, & remanent 762. hos partire per 10. & 9. remanent duo, ſecundus circulus lunæ decennouennalis eſt, quotiens nihil remanet, 19. eſt.

Si vis ſcire quotæ ſint epactæ, computa à primo anno decennouennali, vſque in diem quem volueris, vtputa in quintum annum. Dimitte ſemper 1. remanent 4. multiplica per 4. annos 11. annuas epactas, & facies quater vndecim, 44. 14. eſt epacta in ſecundo circulo decennouennalis. Ita per omnes 10. & 9. annos ſub hac breuiatione computabis.

Si noſſe vis adiectiones, id eſt, concurrentes ſeptimanæ dies, ſume annos ab incarnatione Domini quot fuerint, vtputa 764. per indictionem ſecundam, & annorum qui fuerint quartam partem ſemper ipſis adde, id eſt, nunc 190. & 1. fiunt ſimul 955. his adde regulares 4. & fiunt 959. hos partire per 7. remanent 7. Septem ſunt epactæ ſolis, id eſt, concurrentes ſeptimanæ dies, per ſuperſcriptas indictiones 2.

Si vis ſcire quotus ſit annus cycli 10. & 9. annorum, ſume annos Domini quot fuerint, vtputa 764. & vnum ſemper adijce, & fiunt 765. hos partire per 10. & 9. remanent 5. quintus eſt annus cycli decennouennalis, quòd ſi nihil remanſerit, 19. eſt.

Si noſſe vis quota ſit indictio, ſume annum Domini, & adijce 3. partire per 15. & quod remanet, ipſa eſt indictio anni præſentis.

Si vis ſcire quotæ ſint epactæ lunares, partire annos Domini per 10. & 9. & quod remanet, multiplica per 11. Item partire per 30. & remanent epactæ.

Si noſſe vis concurrentes ſeptimanæ dies, ſume annum Domini, & eorundem annorum qui fuerint, quartum ſemper adijce ſuper annum Domini. His quoque 4. adde, quia quinque concurrentes fuerunt Natiuitatis Domini: hos partire per 7. & remanent epactæ ſolis.

Si vis ſcire quotus ſit annus circuli decennouennalis, ſume annum Domini, & vnum addens: quia ſecundo eiuſdem anno natus eſt, partire per 10. & 9. & quod remanſerit, ipſe eſt annus circuli decennouennalis.

Si noſſe vis quotus cyclus lunaris eſt, ſume annos Domini & vnum, diuide per 9. & quod remanſerit, ipſe eſt annus circuli lunaris.

Si vis ſcire biſſextilem annum, partire annum Domini per 4. quantum remanſerit, tot anni ſunt à biſſexto.

Si noſſe vis quot punctos vnaquæque luna in die luceat ſecundum Romanos, ſume dies à Ianuario, vtputa in Non. Martij 66. Vide quotus ſit cyclus lunæ, vtputa 6. multiplica ipſum circulum lunæ quinquies, fiunt 75. adde ad dies 200. Ianuarij, fiunt 115. de 60. bis 120. remanent 6. ipſi ſunt puncti lunæ ipſius quod luxerit, id eſt, hora & punctus horæ ſecundæ.

Si ipſam lunam vis inuenire, memento quod habueris in ſumma, antequam per 40. partieris, & quotiens deduxiſti 40. tot aſſes adijcias ad ſummam eandem, & iterum multiplica tuum circulum lunæ ſexies, iunges ad ſummam, deinde per 30. & lunam eiuſdem diei inuenies.

Si vis ſcire initium quadrageſimæ quando annus communis eſt, require à paſcha vſque in idus Apriles, quot dies ibidem inueneris, totidem computa dies à Calend. Mart. retro, hoc erit initium quadrageſimæ. Quando verò emboliſmalis annus fuerit, computa à pridie iduum April. vſque in Paſcha, & quot dies ibidem habueris, totidem dies require à Calend. Mart. antè, & hoc erit initium quadrageſimæ. Et hoc nolo te fallere, quia communibus annis Paſcha ſemper ante pridie idus Aprilis habetur: Emboliſmus ſemper antea extenditur.

Si vis ſcire quota ſit epacta anno quo volueris, computa quota ſit luna in 11. Calend. Aprilis, & ipſa luna erit epacta. Verbi gratia: ſi luna fuerit 9. in 11. Calend. April. ipſa erit epacta, vel quo numero lunam inueneris, ipſum numerum epacta habebit. In quali autem articulo vel iunctura in eodem anno epactam habueris, in ipſo terminum paſchalem & cyclum lunæ ibidem tenebis.

Si vis ſcire quota ſit luna in initio quadrageſimæ, computa in quo volueris anno, In quota feria euenerit terminus paſchalis, & in ipſa feria incipe, & computa à ſecunda luna per ſingulas ferias, vſque in dominicam, & quodammodo ibi lunam inueneris, ſic erit initio quadrageſimæ. Similiter & in Rogationes lunam computa, in ipſa feria à 21. vſque in ſecunda feria poſt dominicam, & quomodo ibi inueneris, ita erit luna Rogationis. Si in 11. Calend. April. fuerit luna 15. ſeu 14. aut 13. vel minus, in ipſa lunatione poteris Paſcha celebrare. Sin autem in 11. Calend. April. fuerit à 16. aut 17. vel amplius in ipſa lunatione, nullo modo poteris paſcha celebrare, niſi peracta ipſa lunatione, & alia ſubſequēte paſcha in illa lunatione ſine vlla ambiguitate poteris celebrare. Si verò in 8. idus Martij fuerit nata luna, aut poſt 7. idus Mart. vſque in nonas April. in ipſa lunatione paſcha nullo modo celebrabis.

Si vis ſcire quota ſit luna initio quadrageſimæ, ſume lunam paſchæ anni cuius volueris, & tolle inde ſemper 12. &

quot remanent,tota luna erit initio quadrageſimæ. Verbi gratia:Si 15.erit luna paſchæ, tolle inde 12. remanent 3. tertia erit luna in initio quadrageſimæ.

Si vis ſcire quando biſſextus ſit,ſume annum Domini, vt eſt annus præſens 688. hos partire per 4. ſi nihil remanſerit,biſſextus eſt. Si autem 1. aut 3. aut 2. remanſerint, biſſextus non eſt. Et ne tibi forſitan aliqua caligo erroris occurrat per omnem computum quem ducis,ſi nihil ſuperfuerit,ſcias eundem computum eſſe,per quem ducis. vtputa ſi per 10. & 9. ducis,& nihil ſuperfuerit,ſcias 10. & 9. eſſe. ſi per 15. 15. ſi per 7 7.

Quærenda eſt natiuitas lunæ 14. ab 8. idus Mart vſque in nonas April. quæ primi menſis nouorum initium oſtendit,à 12. Calend. April. vſque ad 14. Calend. Maij, in quacunque die luna 14. occurrerit, ipſa te ad celebrationem ſancti Paſchæ perducet. Si verò 14. luna ante 12. Calend. April. occurrit, hoc eſt, aut 13. Calend. April. aut 14. aut 15. Calend. April. ſcito quoniam paſchalis luna non eſt: ſed cum eandem lunam 30. produxeris, alia die nata fuerit, in ipſa cautè ſanctum Paſcha celebrabis. Similiter cautus eſto, vt 14. Calend. Maij, luna 14. non tranſcendat, aut ad 13. Calend. Maij, aut ad 15. Calend. Maij. Nam incipies in magnum deduci errorem, Chriſtianorum verò paſcha ab 11. Calend. April. vſque in 7. Calend. Maij, quocunque die Dominico luna occurrerit, ſanctum paſcha modis omnibus celebrabis. Quod ante 11. Calend. April. etiam ſi luna occurrerit, vel poſt 7. Calend. Maij, paſcha nullatenus celebrabis.

Tribus ergo locis biſſextus intercallatur. Primò 6. idus Februar. Secundò vbi frequentiſsimè ponitur 6. Calend. Mart. Tertiò nonas Mart.

Cyclus Græcè circulus Latinè, Ogdoas 8. anni, Hendicas 11. ſunt Hen Græcè, 1. latinè, decas 10. Computus eſt à natali Domini, vſque ad natalem, id eſt, lunæ cyclus. [illegible] alius computus eſt à Paſcha, vſque ad Paſcha: vbi prima luna erit in Ianuario anno præſenti. Ibi iterum in ſecundo, in eodem loco erit luna 11. Communis annus qui 12. lunationes habet. Emboliſmus qui 13. lunationes habet. Decennouennalis, ex corruptis compoſitus eſt, ex 10. & 9. & annalis. Biſſextus in vno menſe 20. momenta: in duobus horam, in anno ſex horas. & ideo biſſextus dicitur: quia bis Calend. Mart. habet. Saltus lunaris creſcit ſingulis annis horam & 10. momenta, & dimidium momenti, & 19. partem dimidij momenti. Ad complendum verò lunæ ſaltum annuatim (vt diximus) hora & punctus, & decimanona pars vnius puncti accreſcit. Non ergo eiſdem articulis temporum vel cœli climatibus lunæ celebratur accenſio, ſed ſemper aliquanto citius quàm præcedenti menſe, vt ſit vndenus anno 19. decimus tranſiliebatur dies 8. Calend. Iulij longiſsimus dies & breuiſsima nox. Totius anni ſolſtitium æſtiuale faciunt 8. Calend. Ianuar. longiſsima nox, & breuiſsimus dies totius anni, Solſtitium hyemale faciunt.

CANONUM FINIS.

BEDAE PRESBYTERI, DE MVNDI COELESTIS TERRESTRISQVE CONSTITVTIONE *Liber.*

MVNDVS iſte ſenſibilis conſtat ex quatuor elementis, & eis totis, ita quòd nulla pars illorum extra mundum relinquatur: ideoque mundo nihil aliundè accedit, nihil ab eo aliàs recedit. Dico autem, mundum ex eis totis conſtare, ad differentiam humanorum, ſeu aliorum corporum, quę quia non totis conſtant elementis, aliquid illis accedit & recedit. Similiter arboribus, herbis ſuccus quidam à terra radicibus additur, qui per omnes partes diffuſus, & naturali quodam calore induratus, tranſit in robur. Cùm autem accedit aliqnid vel re, ab homine ſi hoc ordine proportionali fiat, integer homo manet: ſin aliter, corrumpitur.

Humores.

Sunt enim quatuor humores in homine, qui imitantur diuerſa elementa creſcũt in diuerſis temporibus, regnant in diuerſis ætatibus. Sanguis imitatur aerem, creſcit in vere, regnat in pueritia. Cholere imitatur ignem, creſcit in æſtate, regnat in adoleſcentia. Melancholia imitatur terrã, creſcit in autumno, regnat in maturitate. Phlegma imitatur aquam, creſcit in hyeme: regnat in ſenectute. Hi cùm nec plus nec minus iuſto exuberant, viget homo. Quòd autem aliquid homini accedit & recedit, hæc naturalia perhibent inſtrumenta influxionis, ſcilicet os & inferiora. Sunt præterea ſubtilia quædam foramina, quæ poros vocamus, per quæ ventus ſubintrans, turgidam reddit faciem: qui per ſudoris effluxionem magis deprehenduntur. Nihil verò diximus mundum accidentaliter propter perfectam eius compoſitionem, ſed partium eius recontextio, totius & redintegratio, ſecundum diuerſos auctores. Nam ignis ſpiſſatus tranſit in aerem, aer ſpiſſatus in aquam, aqua denſatur in terram. Rurſus per recontractionem terra diluitur in aquam, aqua tenuatur in aerem, aer tranſit in ignem. Elementa autem, quibus mundus conſtat, quilibet ſibi locum capit, ſecundum ſui naturam, ignis ſui leuitate ſupremum, terra grauitate infimum, huic aqua circunfunditur, his duobus aer. Supra firmamentum autem ſecũdum diuinos ſunt ſupercœleſtes aquæ, ſupra quas ſunt ſpirituales cœli, in quibus angelicæ virtutes continentur. Terra verò vna ita ſe mediam locauit, vt æqualiter vndique à firmamento diſtet, præter exſtantias montium & ſubſidentias vallium: tranſitque per meditullium eius intellectualis linea de arctico polo ad antarcticum, quæ & aeris circumfuſione ita ligatur, vt nuſquam deflectatur.

Forma terræ.

Nunc de forma terræ diſſeramus, quam Anaxagoras rotundam & planam in modum ancilis volebat. Alij extantias extremarum partium, & gremium cauernoſum in modum ſcutellę, vbi quicquid caderet, ibi verò recipi volebant. Sed ſecundum hos multa ſequerentur inconuenientia, nam viciſsitudines ſolis & lunæ tũc omnibus æqualiter apparerent, & ſemper haberent æquinoctium: quia omnes dimidietatem omnium parallelorum viderent, ſicque nec noctes, nec dies abbreuiarentur, omnibusq; eſſet idem oriens, idem occidens & meridies. Reſtat autem terram rotundam dici, & ob decliuem poſitionem hominum diuerſis modis cœli partes intueri: nam decliui vere abſcondũt. Hyemalis tropici vnam partem videmus, & tres latent, æſtiuales tres videmus, & vna latet: & quando ſol in illis eſt, per tantum ſpacium eum videmus quantum ipſorum cyclorum nobis apparet. habemus quoque diuerſos ortus, & occaſus & meridies ſecũdum firmamenti volutionem, & terræ globoſitatem. Nam cùm eſt meridies Orientalibus, ortus eſt Meridionalibus: & cùm occaſus Orientalibus, ortus eſt Occidentalibus.

Zonæ.

Terra quoque per zonas eſt diuiſa, quarum media peruſta eſt ſolis frequentia, & aliorum planetarum, ſecundum hos qui etiam illis calorem attribuunt, duæ extremæ ſine caloris beneficio, aliæ duæ, hinc calore, hinc frigore temperantur. Si latitudinis magnitudinem perpendere volueris, intellige à Septentrione circulum protendi in Auſtrũ tam in inferiori hemiſphærio, quàm in ſuperiori. Hunc autem per ſexagenas diuide, & attribue vicinæ frigidę ſex, temperatæ quinque, peruſtæ octo, temperatæ vlteriori quinque, frigidæ ſex. Ecce ea proportione qua ſe numeri iſti habent adinuicem, eadem quoque ſe habent zonarum dimenſiones.

Climata.

Sciendum, quòd qui in medio peruſtæ eſſet, talem haberet diſpoſitionem, quòd ſemper haberet æquinoctium: omnes enim parallelos videret dimidios, & in fine ſui horizontis vtroſq; polos. Sed quanto magis Septentrioni accederet, tantò magis illi partes eius eleuarentur, & Auſtri deprimerentur: & hoc ſecundum diuerſa climata, id eſt inclinationes. Sunt enim octo, ſecundũ alios ſeptem: ſed qui octo volebant, quædam tàm peruſtæ quàm frigidarum aſſerebant. Frequentior autem vſus octo volebat, tria verò ſunt huius habitabiles. Primum quod eſt inter Meroen & Syenem, in quo dies longiſsimus eſt tredecim horarum, breuiſsimus vndecim: vbi duę horę faciunt differentiam. Inde etiam clima radiorum, vbi dies longiſsima eſt quindecim horarum, breuiſsima octo, ibi differentiam ſex horæ faciunt. Vltimum clima noſtræ habitationis dicitur Boreſtenicum à Boreſtene lacu, monte, ciuitate Armeniæ, vbi ſecundum Bedam de Temporibus, longiſſimi dies ſunt octodecim horarum: vbi ſex, ibi differentiam ſeptem horæ faciunt. ſi aliter ab Aſtrologis dicitur, forſan aliter quoque climata diſponunt. Si verò aliquis tantum procederet, qui polum ſupra verticem haberet, ille dimidium tantùm zodiacum videret, & totum æquinoctiale parallelum, vnde habet & per dimidium annum diem continuum, & per dimidium noctem continuam. Videndum quid in primo climate ſingulis menſibus de ſex triens accreſcit, & in alijs ſex menſibus tantùm decreſcit. In Rhodiorum climate ſingulis de ſex integra hora accreſcit, & in ſingulis alijs integra decreſcit. In Boreſtenico ſingulis de ſex duæ horæ, & in alijs totidem decreſcit. Hæc autem diuiſio climatum facta eſt ſecundum computiſtas, ſed aliter etiã ſecundum philoſophos, qui naturam ipſam perpendunt: vt in climate Rhodiorum compertum eſt. Nam in primo ſex menſium duodecima pars accedit, id eſt dimidia hora: in ſecundo, vndecima: in tertio, quarta & dimidia: in quarto, quarta: in quinto, ſexta: in ſexto, duodecima.

Terræ motus.

Terra quoque mouetur, quod terræmotum vocamus: vnde dantur coniecturæ. Terra ad imitationem arteriarum, per quas ſpiritus diſcurrit in homine, habet cauernas, foramina & tracones, per quæ venti & flumina diſcurrunt. Nam flumina mare intrant omnia, nec tamen redundat, quia ad ſuos alueos per tracones redeunt. In cauernas & foramina etiã quidam venti intrant, vnde dum quærunt erumpere, tanto ruunt impetu, vt terræ partes illis finitimę inde commoueantur. Alij dicunt quòd terra

ſit con-

ſit concaua in modum fornacis, vel duorum hemiſphæriorum, quæ cùm aliquando moles montium corruant, inde moueatur. Alij dicunt ſupra abyſſum locatā terram: & mota abyſſus, moueatur. Alij dicunt Leuiathan animal terram complecti, tenetque caudam more ſuo, qui aliquando ſole exuſtus, nititur illam comprehendere: ſicque indignationis eius motu terram quoq; moueri. Haurit quoque aliquando immenſitates fluctuum, vt etiam omnia maria ſentiant in reddendo inundationem, & inde terræ moueantur.

Poſt ſingulares terræ proprietates, de communibus terræ & aquæ diſſeramus. Sunt enim hæc duo elementa inuicem ſibi mixta. Vt enim liquidò pateat quid eorum alio ſit ſuperius. Nam in ſuperficie terræ aquas videmus, & in venis eius fodiendo inuenimus. Verùm autem Oceanum in medio peruſtæ poſitum ideo Phyſici referunt, vt ignis, ſolis, & aliarum planetarum aquis contemperetur. Calor enim humorem attrahit, & inde paſcitur.

Retruſiones.

Oceanus ille verus & Mediterraneus duas facit refuſiones, alteram ab Oriente in Auſtrum, alteram in Septentrionem, alteram ab Occidente: item in Auſtrum & Septentrionem. Sed his duabus, quæ ad Auſtrum vergunt, ſecundum quoſdam nulla eſt cognitio. Quæ verò in Septentrionem conueniunt, tanto impetu concurrunt, vt impulſione ſua illam famoſam acceſsionem & receſsionem faciant, terramque modò obruant, modò retegant. Vt ſol flammis ſuis ſolet aquas attrahere Oceani, quę dum non valent in aere diu ſuſtineri, pondere relabuntur: vnde inundatione facta, aliquando terræ obruuntur. Alij dicunt, quia venti aquas impellant, & ſic terras obruant: cumque illas remiſerint, ad alueum ſuum reuertantur. Alij dicunt, habitationes noſtras vicinas eſſe ori Leuiathan, qui dum haurit fluctus, terra apparet: & dum remittit, obruitur.

Exuſtiones.

Sunt præterea æſtuationes minores, ſcilicet malinæ, & ledones. Ledones, à quinta luna, ſimiliter & à vigeſima incipiunt: & quot horis accedunt, tot recedunt. Malinæ ſunt maiores, quæ à tertiadecima, & vigeſimaſeptima luna incipiunt, & ſex diebus, & quindecim horis durant, & ſunt citiores in accedendo, tardiores in recedendo. Exæſtuat quoque mare inter diem & noctem ter: bis in æſtiuo die, & ſemel in nocte: bis in hyemali nocte, ſemel in die, & dodrantem & ſemunciam horæ durat: ſed ſiue exæſtuent, ſiue vento impellantur, dein & dein fluctus ordinantur: quorum decimus eſt maximus. Augetur quoque mare ſecundum lunæ incrementum & detrimentum. Nam incipiente illa creſcere, creſcit mare per dies ſeptem: & per totidem proximos decreſcit. Rurſus per ſequentes ſeptem recreſcit, vſq; ad vigeſimum primum diem, & inde terra decreſcit vſq; ad vigeſimum octauum diem. Notandum verò licet hoc modo augeatur, non tamen ad proprium ſtatum, niſi poſt octo annos redeat. Luna quoque quò plus Septentrionales partes attigerit, tantò plus mare creſcit: minus vero, quò illa magis Auſtrum poſsidet. Dicunt Phyſici lunare corpus quaſdam influxiones & effluxiones habere, & hoc magis ex dulcibus aquis prouenit, Solaris verò de ſalſis. Præter has refuſiones ſunt aliæ refuſionum refuſiones, quæ factæ dicuntur per Herculem, qui cùm habitationem noſtram dulces tamen aquas habere videret, perfregit radices duorum montium, ſcilicet Adamantis, & Calpes: quorum alter, id eſt Atlas, remanſit in Mauritania, Calpes in Hiſpania.

Mediterraneum.

Inter hos montes, id eſt Calpen & Adamantem fretum immiſſum latitudinem habet quinque milliaria, diuiditque Africam ab Europa. facit autem famoſos ſinus, Galiciam in Narbonenſi regione ad montem Peſſulanum, facit Corſicam inſulam, diciturque Tyrrhenum in finibus Italiæ: qui Carthaginem reſpicit, ſcilicet inter Italiam & Siciliam dicitur Ionium, circa Siciliam Adriaticum, qui in Oriente Italiam alluit: facitque maritima Græciæ loca verſus Auſtrum plurima, Cyprum, Rhodum, Carpathum, & vbi deſinit dare terminum inter Africam & Aſiam, incipit Nilus verſus Septentrionem, & dicitur Helleſpontus, inter Seſton & Abydon, in vlteriori Pontus, inde Propontis, inde Boſphorus, ibique deſinit dare terminum. Inter Europam & Aſiam ſtat Tanais, qui de Riphæis montibus oritur, & ſtagnantes Mæotides paludes facit. Similiter & in Oriente Caſpium erumpit Erythreum, qui & Rubeum dicitur, nam alluit littus Rubrum: vnde aquæ marinæ colorantur, fertque ibi lapides precioſos. Aſia magnitudinem Europæ & Africæ poſſidet, & incipit ab hortis Eden, id eſt à deliciarum hortis: in Oriente & in Auſtro Nilo terminatur, in Septentrione Tanai. Africa in angulis ſuis habet Cyrenen ciuitatem, & Catabathmum verſus Auſtrum in Occidentem. Mauritaniam & Atlantem, in Septentrionem ciuitates famoſas, Adrimetum octo millia, Hippone. Europa habet in Occidentem Hiſpaniam & Calpen, in Septentrionem Mæotidem paludem, verſus Auſtrum Græciam.

Nebula.

Hæc duo elementa inuicem ſibi mixta ſunt. Terra enim euaneſceret, niſi aquarum humoribus conglutinaretur: quæ dum aliquando humores exhalat, aſcendentes nebulæ dicuntur, dum cœli faciem aperiunt nubes, dum vi ventorum ſtringuntur, aut ſolis calore depluunt, & dicuntur pluuiæ. Pluuiæ autem ſunt, cùm iuges ſunt & lentæ: imbres fiunt, cùm ſalutares veniunt, vt in vere cùm gramina producunt: nimbi ſunt, cùm ſubitò & damnoſè veniunt.

Niues.

Cùm humores nebularum aſcendunt, ſi terreno frigore præueniuntur, in niues conuertuntur: quæ magis in montes cadere ſolent, quàm in loca campeſtria, vel quia illis magis celſitudo montium obſtet, vel quia ibi magis ſpiracula frigoris abundant. Sunt autem duplices, quæ in mulcebri aere cadunt, vt groſſæ, quæ ſtatim liqueſcunt: & aliæ minutæ, quæ in vredine frigoris cadentes tecti foramina penetrant. Niues etiam in alto mari non cadunt, ſed ſecus littus. nam calida eſt aqua ſalſa, & terrenum frigus impedit, ne aerem ſuper ſe attingat. Hinc quoque ſententia illa aſtruitur, quia ſol de calidis aquis maris paſcatur. Luna verò de dulcibus tantùm & frigidis, quæ & proprio calore caret & lumine. Alij dicunt, omnia cœleſtia corpora de dulcibus paſci: nam dulces aquæ mare intrantes, feruntur in eius ſuperficie, vnde mare ſibi attrahere dicuntur planetæ. Fit quæſtio, cùm calida ſit aqua, quare tunc homo contactu illius frigeſcat magis quàm terræ? & ſoluitur: quia hoc de dulcibus tantùm euenit, non de ſalſis. Vel poteſt hoc etiam eſſe tam de ſalſis quàm de dulcibus, & frigeſcit ex hoc magis homo, quia conglutinatior aqua eſt, & magis adhæret homini quam terra, ſi illi imponatur, ideoque ſubtilitati aquæ hoc attribuas, quæ magis poros penetrat, aut illis ſe applicat. Fit quoque quæſtio, cùm de ſalſis aquis nebulæ proueniant, cùm pluuiæ dulces ad nos deſcendant, quia poteris imputare ſiue immenſis tractibus aeris, ſiue calori ſolis. Quod autem tantam poteſtatem habet ignis, videmus in amaris herbis, quas ad patientiam guſtus excoquit, vel in aere dulci amaritudinem amittit humor amarus, ſicut dulces aquæ in mare cadunt, & rurſum per tracones quoſdam ad alueum ſuum reuertuntur dulces. Hoc autem experiri poteris. nam ſi dulces aquas per algam maris colaueris, amareſcent.

Grando.

Nubes vt diximus, vi ventorum, vel ſolis calore diſ-ſolu[illegible] & ſit pluuia quaſi terreno frigore in cadendo præ[illegible]tur, in grandinem commutantur & dealban-tur [illegible]arum duplex eſt genus. Nam minuta niui admixta venit in frigore. Alia in vernis & æſtiuis diebus & magis [illegible]am in nocte. Nubes etiam quantò altius eleuantur, inci-p[illegible]nt attenuari, & per aerem diſpergi: & quando ſol non poteſt aquas attactas ſibi incorporare, & immenſitates a-q[illegible]m permittit decidere, frequentius cadunt in mare: & [illegible] Deus parcit terræ. quia manubias dicimus compo-ſitum [illegible] manu, quod eſt bonum, & nubibus per antitheſin, q[illegible] minimè bonum nubium.

Aer.

Poſtquam de terra & aqua diximus, de aere proximo illo d[illegible]feramus, cuius motus cauſa perhibetur aqua: quæ mota, naturaliter mouet aerem. Sed cùm moueatur ab oriente, Eurus dicitur: & cùm ab occidente, Zephy-rus: cum à meridie, Auſter: cùm à ſeptentrione, Aquilo. Si quæritur, cur potius naturaliter aquam quàm terram moueri dicamus. Reſpondeo, quia perpetuò aquas mo-ueri videmus, non ſemper aerem. Si perſtiterit aliquis, di-cens: Vbi eſt efficiens cauſa alicuius rei, debet eſſe effe-ctum. Reſpondeo, vicinum illum aquæ motum, vel di-cas non vbique moueri, ſed in aliquo. Alij quia leuis criſ-patio quædam aeris, quam auram vocamus in terris, alta-num verò in mari, offendatur in montibus, ibique tumul-tuantur, & augentur. Alij dicunt rationabili motu moue-ri firmamentum, & ſubiectos planetas qui aerem inferio-rem commouent, & omnibus motibus impellunt: id eſt ſurſum, deorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum, antè & re-tro: & per circulum, qui ſolus rationabilis eſt, ſed in eo non diu perſiſtit, quod etiam aliquando deprehendimus in turbine. Nec turbat quod planetas irrationabiliter il-los moueri dixi, hoc fit comparatione firmamenti, qui ab eodem curſu nunquam deſiſtit. planetæ verò diuerſis tra-ctibus labuntur.

De fulmine.

Denique cardinales venti tres conueniunt, & nubes compellunt tanta vi, vt ex colliſione illa naſcatur ſonitus, & claritas quædam. Quod auditum offendit, tonitruum eſt: quod viſum, fulgur, vel fulguratio: qui ferit, fulmen dicitur. Naſcitur ibi præterea quidam lapis, qui vel nimiæ compreſſioni, vel nimio calori, vel nimio frigori poteſtis attribuere: quia expreſſio poſſit hoc efficere. Videtur ſatis vbi lacteus humor coagulatur, qui verò calor diuerſis modis res mulceat aut conſolidet, apparet in limo. quod autem frigus duritiem faciat, videtur in metallis liquefa-ctis, vt et a[illegible] in ferro, lapides diſsilire facit, lignum findit, aquam con[illegible]ringit. Dicunt alij, quòd quidam craſſus ven-tus contineatur in nubibus, qui dum erumpit, ſonitum fa-cit, cuius rei probationem dat ventus veſica conceptus, quæ diſploſa violenter intonat. Alij dicunt atomos hu-moris vaporaliter aſcendere, & ignium caumaliter de-ſcendere: in quorum conuentu naſcitur ille ſonitus, da-turque ſimilitudo quædam de fabro ferrum calidum tin-gente in aqua.

De rore.

De[illegible]dat quoque in aere ros, qui lunæ attribuitur, eo quod illa ſit cribrum cœleſtium. Alij attribuunt veneri, eademque & veſpere & mane: qui ſi frigore præuenitur, pruina efficitur. Cauma quoque groſſum fit, cadit prui-na in frigoris m[illegible]ma vredine, qui ſepibus & ramis arbo-rum inhæret. Aliud quoque in autumnali volitat tempo-re, quod pueri vocant æſtatem: vnde araneæ telas faci-unt, [illegible] eſt fex aeris ſole deſiccati. Præterea ventis immi-nentibus, inferior iſte aer ſuperiori colliditur: vnde ſcin-[illegible]læ prof[illegible]unt, quæ ſtellarum caſum imitantur: reuera autem nunquam aliqua ſtellarum fixa, ſeu vaga decidit, [illegible]mò ſcintillæ humido aeri allapſæ extinguuntur, & in [illegible] ingruentæ phlegmatis ſimilitudinem exprimunt. Sunt au-tem res venenoſæ.

De iride.

Fit præterea arcus in aere, qui oppoſitam plagam te-net à ſole: & vt dicunt Phyſici, ſol nubes aquoſas & conca-uas reuerberat, non multum conſertas, vnde diuerſitatis mundanæ colores illis innaſcuntur, qui tamen ex nimia diſtantia liquidè diſtingui non poſſunt. Beda autem dicit quatuor eſſe colores diuerſos, imitantes quatuor ele-menta: viridis viridem terræ ſuperficiem imitatur: glau-cus aquam, hiacynthus aerem, rubeus ignem æthereum. Sunt aliquādo etiam duo arcus, quia luna ſimiliter arcum facit, plenum tamen, quia non eſt ipſa iris, & ſolet eſſe im-minentibus ventis aut pluuijs. illum quoque nautæ obſer-uant. Nam ex ea parte qua primùm diſſoluitur, ventos aut pluuias venturas eſſe prænoſcunt.

De æthere.

Huic aeri proximo loco æther imminet, in quorum confinio luna proxima loco eſt, quā Phyſici terram æthe-ream vocauerunt: forſan ideo quia ſicut terra à terendo dicitur, ita qui à cœleſtium corporum purgatione teritur, in lunam recipitur. & hoc à ſole vt in ſpeculi ſimilitudine reuerberetur, opponitur. Lunares autem plurimi ſunt ani-mæ aſcendentes vel deſcendentes, quæ in ſingulis ſphæris quid acceperant obuolutionis relinquunt ibi, vel aſſumūt: ſiue cacodæmones. Quod autem furui habere videntur in medio, hoc prædictæ cauſæ poterit aſcribi.

De furuo lunæ.

Luna ex quatuor conſtat elementis, ſed tria illa ele-menta bene ſibi commixta ſunt & leuigata. Nam & natu-raliter ſunt perſpicua, & de ſe lucem reddunt. Terra au-tem in illo loco nō benè alijs admixta eſt, nec de ſe lucem effundit, & ſcabra eſt in illo loco. Scabrum autem eſt, quod rubigine obductum eſt, aut alleuigatum remanſit. Habet hæc figuras ſeptem. Nam monoidos ab vnitate di-citur, cum prima eſt: dichotomos, vel dyatomos cum me-dia eſt: dyas enim duo dicitur, tomos ſectio, amphicyr-tos, id eſt circa rotunditatem. Eſt plenilunium in decreſ-cendo, item eſt amphicyrtos, poſt dichotomos, & inde monoidos.

De eclipſi ſolis & lunæ.

Luna quoque illa ſemper pleni orbis eſt. nam ex ea parte qua ſolem reſpicit, ſemper plena eſt: ſed aliquando tota vel ex parte obſcuratur. Cùm eſt quartadecima, vel decimaquinta, ſi ſit in ecliptica linea, & per diametrum ſoli oppoſita. Diameter eſt linea, quæ aliquando parti-tur in duas medietates: dyas enim binarius eſt, metron, menſura: nam tunc terra in medio poſita, lumen ſolis ne lunæ infundatur impedit, & verbera eius ad lunam vſque protenditur, & eſt eclipſis lunę, quod deliquium dicimus. Fit aūt tam in inferiori hemiſphærio, quàm in ſuperiori, tam in oriente, quàm in occidente. non tamen ſemper fit, cùm eſt decimaquarta, vel decimaquinta: ſed poſt ſex menſes ſemper. Cum autem in eodem ſigno fit & eodem menſe, non niſi poſt nouemdecim annos. Cum autem in eodem ſigno, & menſe, & ſigni parte, non niſi poſt 55. an-nos euenit. Quòd verò in eodem ſigno, menſe, parte, re-uocatis cunctis planetis ad locum ſuum, non niſi poſt quindecim menſes annorum ſit. Eclipſis ſolis in trige-ſima luna fit, ſol eclipſim. Nam declinat vel ad Auſtrum, vel ad Septentrionem. Cum autem ſol in eodem ſigno pariter & menſe ſit poſt 55. annos, ſed qui eodem ſigno, menſe & parte ſit, reuocatis omnibus ſtellis ad priorem locum, hoc eſt poſt 15. millia annorum.

De ordine Planetarum.

Nunc de ordinibus diſſeramus. Plato ſequens Ægyptios, qui hoc per [illegible] aſſerunt, in proxima regione poſt lunam ſolem aſſeruit hac ratione. Luna propria lumine caret, quia mutuatur à ſole. Nam ſi Venus & Mercurius illi & lunæ interponerentur, aliquando ei ſolis lumen præriperent. Ratio quidem parua eſt, nam omnis vmbra minoris corporis, à maiori lumine tecta, extenuatur nec longè protenditur: ſicque hæ duæ nihil lunæ impedirent. Tullius Chaldæos ſequitur, dicens ſolem medium planetarum eſſe numero, non ſpacio: nam plus à firmamento quam à terra receſsit. Non tamen negamus Venerem & Mercurium aliquando ſuperiores, quod etiam hiſtoriæ probant. Habetur enim in hiſtoria Caroli, quod Mercurius per nouem dies in ſole tanquam macula appareret. Quando verò intrauerit vel exiuerit, nubes perhibebant videre. In Romana quoque hiſtoria dicitur, Auguſto Cæſare Iulio adoptiuo patri funebres exequias faciente, Venerem fulſiſſe, quam eius ſtellam cenſuit. Hi duo cum infra ſolem ſunt, clare videntur in meridie. Cauſa verò eſt, quia ſunt viciniores terræ: & maiores apparent, nec ſol illas obſcurat. Cùm vero ſupra ſolem ſunt, claritas eius non permittit illas videri, tanquam iam ſint minores: cum directe quoque ſol illas reuerberat, vt antè vel retro poſitas, ſimiliter aut modicù, aut minime videntur.

De media lunæ obſcuritate.

De Luna quoque talis habetur coniectura, quòd ſit quædam nubecula inter nos & lunam poſita, impediens nobis partim claritatem lunæ: nam ipſa adminiſtratrix eſt corpulentiæ tàm ſuperioribus quam inferioribus, & cribrantur ibi quidam atomi, cuius liquidiores partes ſurſum dant corpulentiam. Sordidiores autem his inferiobus & caducis infunduntur, & ibi euaporant. lunam quoque in ea parte aſpectibus noſtris ſubtrahit, quemadmodum nebula, quæ vbi de montibus exhalat, oculis illum noſtris ibi abſcondit.

De epicyclis & interſectis.

Quando Venus & Mercurius ſolis vicinitate, vel remotione videantur, vel non videantur. Mercurius cum ad 12. partem venerit, videtur ſicut & luna. Venus verò cùm ad 7. partem ſigni à ſole receſſerit, videtur quaſi iam maior. Luna quoque ibidem videretur, ſi proprium lumen haberet. Quod autem ſuperiores, & inferiores ſole feruntur, tripliciter per coniecturas oſtenditur, ſiue per interſectionem circulorum, ſiue quod ſint epicycli, id eſt ſupercirculares terram nō habendo centrum, ſolem quaſi centrum curſus ſui efficiunt, ſiue altitudinem ſolis circuli emetiuntur obtuſis ſiue acutis anfractibus: quemadmodum latitudinem zodiaci planetæ eludunt, quæ ſubiecta oculis pictura demonſtrat. Sed quoniam mentionem, quomodo zodiacum perambulent, fecimus, plenius inde dicamus.

De lineis zodiaci.

Venus & Luna ad extremitates zodiaci perlatas, duodecim lineas [illegible] peruniunt. Venus tamen in duobus momentis excedit, Mercurius octo lineas eius perambulat. Solſticias medias ſeruat: nec illas, niſi in libra excedit, vnde Ouidius: Ex ſpaciatur equis: Mars quatuor perambulat, Iupiter quinque: ſed & hi frequentius anomali ſunt. Saturnus tres tantum. Cum ſit dubitatio de ordine ſolis, Mercurij, Veneris, nulla tamen eſt de cæteris: nam tardiores à ſole, & [illegible] receſſerunt, vt quod ſol in anno perficit, hoc Mars in duobus, Iupiter in 12. Saturnus in triginta.

De tranſitorijs.

Iſtorum quoque planetarum alij ſunt hippolitici, alij ſtationarij, alij retrogradi, alij anomali. Hippolitici, id eſt tranſitorij, ſunt qui de priori ſigno tendunt in poſterius. cùmque hoc omnes alij faciant, præcipuè ſol & luna, ita enim hi 2. de anterioribus ſignis ad poſteriora tendunt: quod nunquam ſiſtunt, nunquam retrogradiantur. Si aliquis opponat ſolem ſubſiſtere, quia plus in geminis moratur quàm in [illegible], dicitque [illegible] moram non eſt ſubſiſtere, ſed quod maius ſpacium ibi habeat complere, quàm & alijs ſignis, vbi axis [illegible] tam alta non eſt. quod patet in excentricitate. Stationarij ſunt qui diutius prope aliquam fixam ſtellam videntur, quaſi ſoleant: non tamen ſtant, ſed ſecundum curſum ſui figurum vel aſcendunt, vel deſcendunt, & non multum in naturali curſu procedunt. Sunt autem legitimi termini, in quibus videntur ſtationarij: id eſt cùm diſtant à ſole per tria ſigna, vel per quatuor, quod fit per triangulum, vel quadrangulum: id eſt in trigono vel tetragono, hoc eſt in triceto, vel in quadriceto. Cauſa autem huius ſtationis perhibetur ſol eſſe. Eſt autem ſtatio alia matutina, alia veſpertina. Matutina eſt, cùm ante ortum ſolis eſt in ſtatione. Et notandum, quòd in veſpertina ſtatione tantùm fiunt retrograde. Verbi gratia: Si Iupiter de geminis procedat in cancrum, & item redeat in geminos, quod cùm quidam in quibuſdam ſignis ſemel tantùm faciant, Saturnus tamen ſemper bis ad quodlibet ſignum regreditur, & aliquando tertiò peruenit ad idem, quod moram ſui curſus ſecundum quoſdam efficit. Nam ſecundum alios magnitudo circuli. Pythagoras autem neque retrogradari, neque ſtare, neque anomalam aliquam eſſe dicebat, ſed omnes in æquali ſpacio temporis æqualiter complere ſpacium locorum. Quomodo retrogradè videantur, vel ſtationarie, cùm tamen non ſint, figura demonſtrat. Anomalæ, id eſt irregulares ſunt, cum vel diutius vel citius ſolito morantur, vel oriuntur, aut [illegible] ſolito loco apparent, quod cùm alijs etiam eueniat, maxime tamen Marti, qui in poſterioribus duobus annis nunquam ſeruat legem priorum. Venus autem & Martius nunquam in triceto vel in quadriceto regulariter diſtant à ſole, nec à chronico ortu oriuntur, aut occidunt, quia non plus à ſole diſtant, quam Venus per ſignum & dimidium. Martius per ſignum & duas partes vnius, ibique ſuam ſtationaritatem & retrogradationem patiuntur, propius autem videri poſſunt aliquando ſuprà ſimul & infrà, ſimul retrò, aut antè: vnde & duos luciferos videmur habere: ſimiliter duos heſperos: cum verò Mercurius antè eſt, vendicat ſibi nomen luciferi. Venus autem eſt nomen naturæ, id eſt naturaliter, vbicunque hæc ſtella eſt, Venus appellatur. Cum vero ſolem præcedit in ortu, Lucifer dicitur: cùm ſole occidente apparuerit, heſperus vel veſper: & eſt nomen officij. Dicunt quoque Ariſtot. & Peripatetici, naturali curſu volui planetas cum firmamento, ſed omnes celeritate ipſius præteriri. Saturnus in tantum cum eius celeritate contendit, quod infra duos annos & dimidium, illum præcedat firmamentum vnius tantùm ſigni longitudine.

De ortu.

Notandum quoque quòd ortus alius matutinus, alius veſpertinus. Matutinus, vbi aliqua ſtella ſolis ortum præcedit poſt mediam noctem, veſpertinus, vbi poſt occaſum ſolis aliqua ſtella apparuerit. Eſt præterea ortus alius mundanus, alius heliacus, alius achronicus. Mundanus eſt, cum de inferiori hemiſphærio in ſuperius aliqua ſtella emerſerit. Heliacus, eſt cùm ſol recedens ab aliqua ſtella permittit eam videri. Acronicus, cùm aliqua ſtella vel ſidus occidit: & oppoſitum illius per diametrum oritur. Chronos autem tempus interpretatur.

De occaſu.

Occaſus quoque alius mundanus, alius heliacus, alius achronicus. Mundanus, eſt cùm ſuperiori hemiſphærio in inferius qualibet ſtella deſcendit. Heliacus, cùm ſol ad

aliquam

aliquam ſtellam accedens, illam videri non permittit. Acronicus, eſt cùm aliqua ſtella vel ſignum occidit, & oppoſitum illi per diametrum oritur.

De occultatione ſtellarum.

Cùm occultentur ſtellæ, ſiue à ſole, ſiue ab abſidibus ſuis, non tamen omnes pari ſpatio occultantur. Nam Saturnus 170. diebus ad maius occultatur, ad minus verò 10. tantùm. Iupiter 36. ad maius, ad minus 10. ſimiliter. Mars autem anomalus eſt. vnde in geſtis Caroli per integrum annum latere perhibetur. Venus autem 58. diebus ad maius, ad minus autem 52. Mercurius ad maius 16. diebus, ad minus 12. luna accedendo in duodecima parte ſigni vnius contra ſolem incipit obſcurari, & recedendo in duodecima parte illuminari: & duobus diebus tantummodo latet.

De abſidibus.

In interſectionibus quoque abſides aut ſunt quidam tramites, qui dicuntur aut frangendo per ſpiras, per quas ſtellaria corpora incedunt, infixè triginta occultantur aut plures, ſed minores diutius. Nam maiores citius videntur. Incipiunt autem obſcurari, cùm ſol ab aliqua illarũ vltra quindecim partes deſtituitur terra, quod iter quindecim diebus perficit, recedensque ab ea quindecim diebus obſcurat.

De conſenſu Planetarum.

Vt diximus ſuprà in triceto vel quadriceto ſole reſpiciendo planetas fiunt ſtationarios retrogradi, & contra ſe quoque reſpiciendo magnum ſibi præbent conſenſum. nam cùm ſalubris ſalubrem reſpexerit, augetur ſalubritas: ſi aduerſa aduerſam, augetur aduerſitas: ſi ſalubris aduerſam, vel econuerſo, minuitur vtrarumque effectus. Mercurius autem, quia eſt indifferens, plus tamen bonus quàm malus, ſemper talis efficitur, qualis illa quam reſpicit, & eiuſdem coloris. nam ſi aduerſam reſpexerit, auget & accelerat illius proceritatem: ſi verò proſperam, auget & accelerat eius aduerſitatem: plus tamen eſt accommoda proſperitati.

De domicilijs.

Si in ſingulis domicilijs ſinguli planetæ acceſſerint, plurimum ſibi obſequuntur. Illud autem domicilium cuiuslibet dico principale, in quo quilibet planeta in origine mundi repertus eſt. Luna quidem & ſol ſingula habent domicilia, ſed quilibet de certis quinque, habent duo vnum ſecundarium. In principio itaque mundi luna fuit in cancro, quæ cum conſtellatione ſua ſemper bona portendat, præcipuè tamen cancro. Si ſolem ſecum habuerit, incrementum & corpulentiam rebus maximè infundit, quod in florida æſtate patet. Sol verò repertus fuit in leone, in quo præcipuè poteſtates ſuas deſignat ſiccitate & feruore, vnde & caniculares dies ſunt alijs feruidiores: vt ſole exiſtente in ſuo domicilio. Caniculares autem dies dicuntur à canicula, quam tunc ingreditur ſol. Mercurius ſicut infirmus omnium primam obtinuit electionem, elegitque ab antecedentibus canem, geminos: à conſequentibus leonem, virginem: hac ratione, vt ibi quod vellet, deſignaret principaliter. tamen ſi hoſpitalitatis cauſa alius planeta illic fuiſſet ingreſſus, dixit ſe velle illi obſequi colore & effectu. Venus vti proxima loco proximam fecit electionem, & ab antecedentibus elegit taurum, à conſequentibus libram: eadem ratione, vt ſuos effectus ibi demonſtraret. Si verò malus planeta illuc intraret, vellet illi aduerſari, & ſua proſperitate vires illius minuere, præcipuè habens Mercurium, vellet accelerare proſpera. Cùm verò bonum ſua conſtellatione plurimum deſignet, præcipuè tamen de fœlici connubio iucundiſsimum pignus affert. Ea quoque ratione Mars arietem & ſcorpionem elegit, vt maximam portendat aduerſitatem, & præcipuè flagrantiam indicat. Iupiter piſces & ſagittarium elegit. qui temperatur de aduerſis: augetur à proſperis. cum Martio accelerat ad bonitatis ſuæ indicia, de felici regnorum euentu diſponit. Saturnus duo continua obtinuit, ſcilicet aquarium & capricornum, cum bonis mitior, cum malis ſæuior, cum Mercurio in crudelitate celerior: interque malas deſignationes frigore & nimia aſperitate abundat.

De frigore Saturni.

Eſt autem inter omnes planetas Saturnus frigidiſsimus, cuius plures cauſæ redduntur fabularum, quia ſenex fuit quidem vir. Senes autem ſunt frigidæ naturæ, vnde & flegma in eis abundat, quod hyeme creſcit. Vel ideo frigidus perhibetur, quia remotiſsimus ſit à ſole, vel quia ſol in Saturni domicilijs poſitus, remotiſsimus eſt à nobis: tunc quia frigore premimur. Cum verò in ſuis domicilijs Saturnus cum ſole poſitus fuerit, grauiſsimam facit frigoris vredinem, nec aliter eſt frigidus, niſi per effectum. Mala enim conſtellatione ſua enecat homines, enecati verò ſunt frigidi, vel aliter, quia ſupercœleſtibus aquis viciniſsimus eſt: & ideo ſit frigidus. de quibus plures dantur coniecturæ, quomodo fertur rotundum, & perpetuò volubile conſiſtere poſsit.

De ſupercœleſtibus aquis.

Prima coniectura eſt, quòd ſint in exteriori ſuperficie cœli extantia & ſubſidentia loca, vt etiam in ſuperficie terræ, in quibus aquas contineri dicunt, cum tanta verò celeritate voluuntur, vt non labantur: quod de pleno vaſe quolibet probari poteſt. Nam quo maiori impetu manu circumuoluitur, eò minus effunditur. Secunda eſt, quòd ibi vaporaliter quemadmodum hîc nubes pendent, contineantur. Tertia eſt, quòd propter ſolis remotionem, à quo præcipuus calor exhibetur, indurato glacialiter cœlo cohæreat. Vnde dicunt Saturnum frigidiſsimum planetarum, quia illis aquis viciniſsimum. Eſt etiam quarta: Firmamentum vt fixum non volui, ſed ſtellas illi appoſitas, nec fixas moueri: & hi an quadratum, an rotundum ſit, dubitant. Nouiſsimè quæſtio diuina virtute ſoluitur, quia ibi teneantur ſecundum Dei voluntatem: licet hic modus homines lateat, quas ibi in vſum diuinorum ſeruauit Deus, vel vt ignem cœli temperent: ſuper has ſpirituales cœli ſunt, in quibus angelicæ virtutes continentur. Secundum alios nihil, niſi inane.

Quo tempore curſus perficiant planetæ.

Saturnus pro circuli amplitudine, pro retrogradatione, pro ſtationaritate, declinatione vel ad Auſtrum, vel Aquilonem, ſenſum vel viſum, annum ſuum non niſi triginta annis perficit, & duobus annis & dimidio vnum ſignum tranſit. Iupiter duodecim annis, vnde ſingulis annis ſolaribus ſignum vnum peragrat. Mars in duobus annis, vnde vno anno ſextum ſignum peragrat, niſi efficiatur anomalus. Habent enim geſta Caroli quòd in integro anno non ſit viſus. Sol infra 365. diebus & quadrante diei, quæ in primo, ſecundo & tertio anno non computatur: in quarto verò dies intercalaris componitur, qui biſſextus dicitur: eo quòd bis in ſexta idus Martij computetur, inde annus biſſextilis: quod verò liqueſcat, ita diſponamus. Sol in principio arietis eſſe ponatur, idem poſt 365. dies adeo vicinus erit eidem parti arietis, quòd ſi adhuc ſex horæ reſtarent, eandem partem attingeret. De reliquo diligenter animaduerte. In toto ſuo ambitu (vt diximus) tantùm ſpacium ponit. Videamus igitur primùm ſecundum æqualem computationem, quantum in ſingulis ſignis ponat. Nam ſecundum compotiſtas in quolibet ſigno ponit 30. dies, & 10. horas

& dimidiam, & ex his ad eandem ſummam redibis. Nam duodecies 30. ſunt 360. duodecies 10. horæ faciunt quinque dies: & duodecies dimidia, facit quadrantem: ecce eadem ſumma. Philoſophi verò rei veritatem contemplantes, deprehenderunt ſolem plus in vno ſigno, & minus in alio immorari: vnde in geminis duos dies ſuper 30. & 10. horas & dimidiam moratur. e contrà in ſagittario duos dies minus quàm 30. ponit: & hoc inde euenit, quòd axis ſua excentris eſt, & viciniſsimus eſt in geminis firmamento, & remotiſsimus à terra, & e conuerſo in ſagittario. Si vis ad eundem ſummam redire, hoc modo poteris deprehendere. In geminis duos dies ſupra 30 moratur, vnde in proximo ſigno 10. horas minuit, & ita vſque ad ſagittarium minuendo, duos infrà 30. relinquit: inde iterum aſcendens, in quolibet ſigno 16. ſumit vſque ad geminos. Ita quidem deprehenderunt eſſe, ſiue hæc ſit cauſa, quod inter radios, qui ſeruiunt, vel ſiniunt geminos, abſidis plus contineatur, ſiue ſol ibi altius aſcendens, longius ſpacium habet ire in illo ſigno quàm in alio: nec ideò longiores dies facit, quia quanto eſt altior, tantò magis à raptu firmamenti impellitur ab ortu in occaſum. De alijs quoque planetis idem euenit. Nam Saturnus in Scorpione viciniſsimus eſt firmamento, Luna in Tauro, Iupiter in Virgine: cum illo ſi fuerit Venus, ſignificat bonum coniugium alicui futurum: vnde Venus in ſpecie virginis venatricis occurriſſe dicitur AEneæ, quæ illi bonum fieri coniugium portendebat. Mars in leone, cum quo ſi Sol fuerit, incendium animorum & acris deſignat. Sol (vt dictum eſt) in geminis vicinus firmamento: Venus in ſagittario, Mars in capricorno. In oppoſitis autem ſignis ſunt terræ viciniſſimi. Venus in 349. diebus curſum complet. Mars, quia ocyor eſt, nouem diebus minus: ſed cùm ſæpius efficiuntur retrogradi, plus poſſunt. Luna ſecundum Macrobium ambit zodiacum in 28. diebus: ſed hoc dicit ad condemnationem ſeptenarij, qui quater multiplicatus, facit 28. ſed reuera infra 27. dies, & octo ferè horas totum zodiacum perambulat: ſed non illuminatur eo tempore. Verbi gratia: Si ſol & luna pariter fuerit in principio arietis, luna procedens in 27. diebus & octo fere horis peruenit ad idem punctum: ſed ſolem ibi non inuenit, quia iam & ipſe ſua lege proceſſerat vſque circa finem arietis, ad quem conſequendum poſtea luna ponit duos dies & quatuor horas: & tunc reilluminabitur ab illo, neque de accenſione ad accenſionem interſunt 29. dies & 12. horæ, quæ non computantur in primo menſe. Vnde tantùm habet 29. dies, in ſecundo computantur, & tunc alijs additæ, faciunt menſem 30. dies habere, niſi in decennouennali anno, quando dies ſubtrahitur vnus.

De ſaltu Lunæ.

Hac autem ratione plus damus lunæ ſingulis menſibus, quàm ipſa conſumat. Illud autem adeò paruum eſt, quòd ſingulis menſibus computare difficile eſt: ſed in toto anno tantummodò ſupercreſcit 1. hora & 1. punctum, & decimanona pars puncti, qui ſingulis annis collectum decimonono anno facit diem integrum, illumque diem tranſiliendo auferimus, computantes tres lunationes 29. dierum tantùm. Punctum autem eſt quarta pars lunaris horæ, quinta verò ſolaris. Hoc quod diximus eſt ſecundum illos, qui dicunt firmamentum rationabili motu volui ab Oriente per Occidentem, iterum in Orientem. Planetas verò ab Occidente per Orientem iterum in occidentem, quod aſſerunt Platonici. Ariſtoteles verò & Peripatetici dicunt planetas rationabili motu pariter cum firmamento volui: ſed illas celeritate firmamenti præteriri 6. videantur quaſi retrocedere, ſecundum quam ſententiam quantò ſunt altiores, tantò ſunt celeriores: vt Saturnus velociſſimus contendat cum firmamento tanta ſua celeritate, quòd infra duos annos & dimidium non niſi vno tantùm ſigno prætereat illud firmamentum. Luna verò vt omnium infima, eſt tardiſſima. nam ſi hodie viſa ſit in principio arietis, cras oriente ariete, non ibi lunam inuenies: ſed pòſt in duodecima parte illius oritur. Sol quoque ſi in prima parte arietis hodie fuerit, cras ibidem non apparebit: ſed poſt 15. partem vnius horæ naturalis ſequenti die oritur in ſecunda parte eiuſdem ſigni, & hi dicunt terram immobilem, & omnia æqualiter circa illam volui. Ad quam ſententiam accedit Tullius, qui dicit acutiſſimum ſomnum nimia celeritate firmamenti fieri, grauiſſimum verò in luna propter nimiam tarditatem eius circumuolutionis. Firmamentum omnibus æqualiter ſuprà voluitur quinque zonis, quas inuicem paralleli diuidunt, qui ab oriente in occidentem ducuntur. Sonat autem æqualiter diſtans: non quod omnes æquali ſpacio diſtent: ſed duo & duo æqualiter ſibi inuicem, ita quòd nuſquã ſibi propius, vel remotius diſtent: quorum duo breuiſſimi ſunt ſcilicet extremi. Medius verò, qui eſt æquinoctialis, maximus, qui ab omnibus videtur dimidius, niſi his, qui ſunt ſub polo: nam hi totum videre poterũt, qui illorum horizontem terminat. Tropici verò ſunt medioximi. Arcticus dicitur, qui vrſas vtraſque in ſe complectitur, cui oppoſitus eſt antarcticus. Tropicus æſtiuus ſiue terminus, qui ſecundum quandam diſpoſitionem cancrum ſecat in medio, vel ſecundum Hyginium in octaua parte, ad quam ſol veniens reuertitur: qui æſtiuum ſolſtitium dicitur, ſecundum alios terminat cancrum & zodiacum. Alter tropicus hyemalis eſt, vnde ad nos ſol conuertitur, qui fit in octaua parte capricorni. Sunt quoque duo coluri, quorum vnus æquinoctialia diuidit, (qui dicuntur imperfecti, quantum ad noſtrum viſum: quia non videmus eos) alter ſolſtitialia ſigna, totos. Sunt tunc, vt reor, integri, & habent diſtinctionem ſuorum ſiderum. Si qui ibi ſunt, de his dubium eſt, an de Auſtro ducantur in Septentrionem, vel extra à ſigno ad ſignum. Sed de his dicendum, quia tam zonas quàm parallelos diuidunt in quaternas partes.

De lacteo circulo.

Eſt præterea ibi lacteus circulus, qui in ſerenitate videtur, de eo fabuloſæ & phyſicæ cauſæ dicuntur. Iuno Martium priuignum ſuum de Maia genitum lactauit, ad cuius ſacri inſigne cœlum de lacte eodem reſperſit. Alij: Hercules ſumens lactis ſuperfluitatem à pluribus nutricibus, ibi tandem euomuit. Phyſici: Duo hemiſphæria fecit Deus, in quorum conglutinatione maior claritas infulſit. Alij: quòd ſint ibi breues ſtellæ, & confertæ, de quarum vicinitate ſplendor ille efficiatur: & ipſarum inter ſe diſtinctio obſcuretur. Alij: quòd ſtellę zodiaci ibi reſplendeant, & iuxta tropica ſol ſui luminis, & ignis beneficia verſus vtrunque polum extendat.

De Zodiaco.

Zodiacus quoque duabus extremis lineis terminatur. & media, quæ ecliptica dicitur, interſecatur, in qua eclipſis ſolet fieri. Præterea zodiacus diſtinctus eſt per 12. ſigna, quorum vnumquodque in triginta partes diuiſum eſt, & vnamquamque partium ſol vno die tranſit, & ita ſignum tantùm in vno menſe, niſi quòd tantum inde auferatur quolibet menſe, vt tamen in biſſextili anno dies naturalis componatur. Sub parallelo illo, quem dixi, ſecare peruſtam quicunque maneret, ſemper haberet æquinoctium 4. ſolſtitia. Solſtitium voco viciniſsimam acceſsionem, & maximam remotionem. Duo quidem haberet ex vicinitate, vt in ariete & libra. & duo ex remotione, vt in cancro & capricorno. Quòd autem in medio peruſtæ poſitus ſemper haberet æquinoctium: hæc eſt cauſa quòd vtroſque polos, & omnes parallelos videret dimidios, & omnem viam ſolis quam facit ab ortu vſque in occaſum. Ad ſimilitudinem firmamenti ſolis ſphæra alicubi eſt diffuſior, & alicubi contractior: vt ſub æquinoctiali circulo eſt diffuſior, ſub tropicis contractior: alioquin oporteret circulum ſolis in tropicis viciniorem eſſe firmamento, quàm in æquinoctiali circulo: ſi non ad ſimilitudinem firmamenti in conuexum diffunderetur, &

in tro-

in tropicis contraheretur. Oppoſitio, Si in tropicis contractior eſt circulus ſolis, facit ibi breuiores dies, vbi breuius habet iter: in æquinoctiali vbi laxiorem habet circulum, & iter longius, facit dies longiores: ſicque neceſſe eſt non ſemper ibi habere æquinoctium. Solutio: Quicquid recedit à medio tumore firmamenti, minus impellitur illius impetu: ita ſol poſitus in tropicis, minus impellitur quàm ſub æquinoctiali circulo, & tantam circuli latitudinem recompenſat impetus rapacitas maiori celeritate. Quòd autem dicit Macrobius eſſe planetarum celeritatem æqualem, hoc ideo dixit, quia æqualiter nituntur, ſed non æqualiter promouentur: vt natantes æquis viribus contra torrentem, non tamen æqualiter promouentur torrentis impetu diuersè illos impediente. Ita planetæ modò ſtationariæ, modò retrogradæ, modò altitudine circuli impediente ab æquali promotione. Itaque qui eſſet ſub peruſtæ medio, ſemper haberet æquinoctium, & quatuor ſolſtitia. Quantum autem aliquis à medio peruſtæ ad Septentrionalem plagam tenderet, tantò illi plaga illa eleuaretur, & Auſtralis deprimeretur: & quot ſexagenas Septentrionalis aſſumeret, tot auſtralis amitteret, recipiens ſtatim inæqualitatem dierum & noctium, donec tandem ſub polo poſitus, totum videret æquinoctialem circulum, & in æſtiuis ſignis dimidium annum haberet continuum diem, & in hyemalibus ſignis dimidium annum noctem, videretque dimidium ſuperius hemiſphærium, & dimidium inferius.

De Meridiano circulo.

Sunt prætereà duo circuli, meridianus & horizon. Meridionalem ſuum quæque ſibi gens efficit, qui ducitur ſuper caput eorum à Septentrione in Auſtrum: & mutatur in quolibet paſſu, & inde eſt, quod cùm nobis eſt meridies, Occidentalibus ſit Oriens, & media nox his qui ſunt in medio inferioris hemiſphærij. & ſic in ordine computa.

De Horizonte.

Horizon eſt, qui conſideratus in aquæ planicie vel terræ, terminabitur in anterioribus 120. ſtadijs, & retrò totidem, ſi ambitum eius comprehendere volueris, triplica eius diametrum cum adiectione ſeptenæ partis diametri, & habebis longitudinem eius ambitus. Horizon autem dicitur propriè terminalis circulus.

De conſtellationibus.

Sunt prætereà quædam ſtellæ, quæ longo interuallo temporis interpoſito exoriuntur, & deſignant morbos: vt canicula, quæ poſt quadriennium oritur, neque in ijſdem locis, quia interim aliquid ſui curſus expletur: neque continuò malum deſignat, nam temperatur de adiacentibus bonis ſignis, vel planetis, in quorum domicilijs aut eſt aut reſpicit. Domiciliũ illius perhibetur eſſe in ore leonis, quò dum Sol venit, caniculares dies eſſe dicuntur. De principio leonis vſque ad medietatem per 15. dies. Si verò canicula cum ſole fuerit, ardorem deſignat. Sirius illa dicitur in Græco, & eſt cynicus annus, à cynos, qui eſt canis. 1160. anni. AEgyptij prætereà Abus vocant quandam ſtellam, quæ eiſdem interuallo temporis oritur, cuius timent aduerſitatem. Vident enim hi aliquas ſtellas, quæ à nobis tumore terræ interueniente non videntur: vt canopon in principio AEgypti. Eſt & alia, quæ ſemel (vt reor) apparuit, nec vltrà forſan apparebit, ſcilicet quæ incarnationem tribus Magis indicauit.

De Planetarum ordine & deſignatione.

Solet magnitudo vel qualitas circulorum ex quantitate illa planetarum deprehendi, vt quantò plus temporis in circuitione conſumat, illa ampliorem circulum habeat, licet hoc quibuſdam non videatur, cùm magnitudo circuli non ſit ſola cauſa, ſed etiam ſtationalitates, & retrogradationes. Saturnus, vt vult Macrobius, ex magnitudine circuli 30. annos ponit. Luna verò ex circuli breuitate menſem tantùm ponit. Quicunque verò planetarum teneret dimidietatem itineris Saturni, Ille medius eſſet ſpacio, quia vicinius alijs facit Iupiter: vnde propè medius eſt ſpacio, non numero. Sol autem numero, non ſpacio, ſecundum Tullium, & Chaldęos inter ternos ſummos, & ternos imos.

Mars poſitus in centro mundi, ſi Saturnum ex tetragono reſpexerit, ſi proximo loco poſt eum Mercurius cùm plena luna idem tetigerit centrum, qui naſcuntur in illa diurna geneſi, efficiuntur homicidæ, gladio caturi, ſanguinarij conſilio vel facto, libidinoſi, ebrioſi, dæmonioſi, ſcrutatores ſecretorum, necromantici, malefici, ſacrilegi, præcipuè ſi nulla proſpera impediuerit. Martis effectus eſt iſte, in quolibet ſigno præcipuus in ſuis domicilijs. Maximè ſi in medio domiciliorum ſuorum poſitus centrum tetigerit. Centrum autem voco modò Meridionalem circulum, in quo dum fuerit Sol, dico illum fuiſſe in centro: diſtatque æqualiter ab Oriente & ab Occidente: rarò autem æqualiter ab Auſtro & Septentrione, niſi in duobus æquinoctijs.

Venus & Luna cum Saturno in Saturni domicilijs, id eſt Capricorni & Aquario exiſtentibus, quæcunque mulieres in diurna illa geneſi naſcuntur, viragines erunt, promptæ ad agriculturas, bella, ædium ſtructuras: quæ ſunt fœminarum negligentes, vnguenta, calceamenta, veſtes appetent viris communes, nec à maritis redarguentur. Teſtimonium verò huius prohibet Mars, ſiue ſit in ijſdem domicilijs, ſiue in triceto vel quadrato reſpexerit.

Venus cum Marte, in Martis domicilio, id eſt ariete poſita, ſi Saturnum in tetragono reſpexerit, ſi qui viri tunc naſcuntur, effœminati erunt: virilia negligentes, mulieribus indulgentes. Mars, ſi Venerem in tetragono reſpexerit, ſi nulla ſalubrium impediuerit, ſi qui in geneſi illa naſcuntur, adulteri erunt: præcipuè in matrimonio matres, filias aut ſorores copulantes. Ideoque fingitur Mars cum Venere adulterium perpetraſſe. Sphæræ terram habent centrum, ſed abſides ſunt excentres. abſides ſunt circuli, in quibus ſunt ſpirarum diuortia, vbi notantur ſtationes & retrogradationes. Abſides in quibuſdam locis ſunt terræ viciniores, in quibuſdam firmamento. Ipſa veſpera etiam quoddam ſpacium contiguum habens tres dimenſiones, longum, latum & altum. Nota, quòd ſicut ſtellæ faciunt anfractus ratione latitudinis, ita faciunt & ratione altitudinis.

De diuerſis AEquinoctijs.

Si qui ſunt in medio peruſtæ, idem ſemper habent æquinoctium: quia vtroſque polos & omnes parallelos ſemper vident dimidios: & ſi qui inde remouentur, viſu illos non dimidiatur, item neque æquinoctialem rectè dimidiant. quod ſi eſt, nunquam habemus æquinoctium. Solutio: Terræ globoſitas & firmamenti conuexitas confert dimidietatem æquinoctialis lineæ, ſemper videri cuiuslibet poſitionis hominibus, niſi ſolis his qui ſub polis rectè habitant: illi enim totam vident æquinoctialem in ſuo horizonte, habentque etiam hoc modo ęquinoctium, quod ſex ſigna, id eſt dimidius annus confert vel diem continuum, & ſex ſigna reliqua, id eſt dimidius annus continuam noctem.

Cur ſtellæ videntur.

Sole occidente, cùm decimaquinta quoque pars ſigni occiderit poſt illum, iam tamen Sol deſcendit, qui vt bona terræ erigi incipit, cuius gratia ſigna videmus: qui niſi eſſent, nunquam ſtellas videremus, ſolis lumine diurno oculos impediente. Nocte autem illud nobis ſubtrahit, nec tamen eò minus illud in ſtellas & ſuperiora dirigit.

Philoſophorum ſententia eſt, quòd animæ ſolutæ à

corpore velint, debent & poſsint reincorporari. Velint, quia porato Lethęo, oblitæ ſunt præteritorum: videnteſque præmium ſibi propoſitum, ſi benè meruerint in corpore, deſiderant incorporari. Poſſunt, quia ſunt immortales. Debent per neceſsitatem, quia cùm quotidie noua creentur corpora: animæ verò ſemel iam ab origine omnes creatæ ſunt. Neceſſe eſt verò quæ prius erant incorporatæ, reincorporentur. ſed cùm hoc debeat ÆNeæ (teſte Virgilio) pater Anchiſes oſtendere, altius incipit, ſcilicet ab illo quod Græci topan, ideſt totum vocant, quod ſub quinario includitur. Sunt enim quatuor elementa, ignis, aer, aqua, terra, & Deus. Mundus enim non poteſt totum vocari, niſi prius ei infuſo diuino ſpiritu, quem animam vocamus. Ex elementis enim & anima illis infuſa, procreantur omnia. Vnde cùm duplicem naturam habeamus, videndum eſt, quòd ab alimētis quodammodo ſortiamur. Deprehēderunt enim philoſophi, quòd ſpiritum à Deo accepiſſemus, quia ipſe eſt inuiſibilis: vnde auctor ſummus Deus, à quo ducit originem, corpus autem ab elementis: quia ſicut elementa ſunt viſibilia, ſic & corpora noſtra, & ſicut illa de ſtatu in ſtatum mutātur per contextionem & recontextionem ſui, ſic corpora noſtra diuerſis modis variantur. Item, anima rationalis eſt, vt Deus à quo ducit originem. Corpus autem irrationabile ſicut & elementa abſque animæ beneficio. Item, anima ſimplex & inuariabilis eſt in ſui natura, vt auctor ſuus, vnde etiam ſeruat æternitatem: corpus autem compoſitum & corruptibile. Circa hæc enim verſatur Anchiſæ intentio, vt animarum immortalitas oſtendatur. ad quod quia diuerſæ occurrunt oppoſitiones, videndi ſunt diuerſi philoſophorum errores: omnes enim, ſed non eodem modo errabant. Quidam enim dicebant, animas creatas eſſe ab origine mundi, & poſitas in compares ſtellas tanquam in vehicula, vt diſcerent rationabilem motum firmamenti. Alij vnam tantùm eſſe mundanam animam, quæ omnia complet, omnia penetrat, omnia viuificat. Alij præter mundanam eſſe humanas.

Videtur aliquibus ſole poſito in cancro, quòd vltra illos Sol occidat: ſic & de luna, cùm in cancro fertur in occaſum, quod ex hac parte ſicut & luna vltra illos: ſed falluntur, neque enim rectè vocant Orientem vel Occidentem.

De ſolis equorum nominibus.

Sol ſecundum poëtas dicitur in curru vehi, quem trahunt equi, quorum hæc ſunt nomina ſecundum Fulgentium. Primus, Erythros, ideſt rubens: quia mane ſol rubet. Secundus Acteon, ideſt ſplendens: quia circa tertiam clarius lucet. Tertius Lampon, id eſt ardens: nam in meridie eſt feruidiſsimus. Quartus Philoges, id eſt amans terram: nam nobis occidendo videtur appropiare. Sed ſecundum Ouidium habet alia hæc nomina: Eous, id eſt oriens vel ſurgens. ÆEthon, ideſt elatus. Pyrois, ideſt igneus: Phlegon, ideſt accliuis: quia primùm ſol ſurgit, dehinc eleuatur, poſtea feruet: in fine autem diei inclinatur ad occaſum.

De anima humana.

Qui autem aſſerunt animas eſſe ab origine mundi creatas, dicunt illas eſſe ſitas in comparibus ſtellis, vt diſcerent rationabilem motum firmamenti, vt cum ſpe & deſiderio ſummæ beatitudinis, etiam corporarentur, ſecundum motum firmamenti rationabiliter regeret corpora. Illic autem poſitæ, plenariam habent cognitionem præſentium, præteritorum, & futurorum, cumque illis ſubuenit deſiderium incorporandi, ſtatim incipiunt grauari, & verſus corpora deduci. Eſt autem illis deſcenſus à cancro, ſicut & aſcenſus, per Capricornum, & deſcendendo per crateram Bacchi primam, ibi potant obliuionem prioris ſtatus ſui, & inde labentibus obueniunt quādā ætherec & aëriæ obuolutiones, & hauriunt aliquid in ſingulis ſphæris, vt in prima Saturni correlationem, id eſt ſimilium collectionem, vt per vnum ſimile ſciat aliud approbare, vt ſi velim album aliquid oſtendere, dicam albius eſt niue. Torporem etiam quendam ibi accipit, in Ioue ſcientiam & deſiderium regnandi, alijſque imperandi. In Marte, animoſitatem ardoris: In ſole, vim ſentiendi per quinque ſenſus: in Venere, cupiditatem ſeruoris: in Marte, vim diſſerendi: in luna, vim augendi & minuendi. Horum quoque omnium ibi accipit anima vim & ſcientiam: quorum tamen exercitium non agit ante carnis obuolutionem: poſt planetarum obuolutiones in inferiori aere varijs tumultibus pulſatur, ſcilicet grandinum, niuium, pluuiarum, ventorum, & tandem tenebris corporis obuoluitur, nihilque ſcitorum recordatur, adeò irrigua mole corporis grauatur, quod patet in ſtultitia puerorum, qui carbone lucente læſi decipiuntur. Quæritur de obuolutionibus ætheris, an illis incorporentur animæ, an non: & dicunt quidam quòd illis incorporentur, quidam quòd non. Qui autem dicunt eas illis non incorporari, aſſerunt quòd in illis tantùm obſcuretur eorum claritas, vt imago de fumo. Quidam verò aſſerunt eas illis vniri, & incorporari: quia teſte Macrobio, animæ redeuntes à corpore eaſdem obuolutiones illuc reducunt, vnde illas aſſumpſerunt. Vnde datur intelligi, quòd illas ſecum in corpora deduxerant: ideo illis animæ incorporatæ fuerant. Obijcitur: Ergo ſi incorporatur anima illis obuolutionibus, tunc erat animal antequam perueniret ad hoc mortale corpus: quia anima coniuncta cum corpore facit animal. Sed non eſt neceſſarium cùm anima iuncta eſt digito, non faciat animal: quia præter corpus & animam multa pertinent ad animalis conſtitutionem, vt ſenſualitas, &c. Animæ itaque incorporatæ dantur duæ vires, ira & concupiſcentia, quæ & portiones eius abuſiuè dicuntur. Ira quidem datur, vt iraſcatur malis, concupiſcentia, vt ſemper bona cupiat. Cumque his viribus anima rationabiliter vtitur, iuſta eſt vita hominis: cum anima contrarias vias incedit, bonis iraſcendo, & mala cupiendo, tunc degenerat à naturæ ſuæ origine. Sed rurſus ad reilluminandam rationem datur doctrina animæ, vt diſcendo, & neglecta relegendo, redeat ad priorem cognitionem: vnde quod apud nos dicitur lectio, apud græcos vocatur repetita cognitio. Reilluminata vero ratione, non tamen aliquando poteſt facere, quæ ſcit eſſe neceſſaria & vtilia: quod vt poſsit, adhibetur ei virtus, cuius hæc eſt etymologia. Virtus dicitur, quaſi proprijs viribus nitens contra vitia. Diffinitur autem ſic: Virtus eſt habitus animi in modum naturæ rationi conſentaneus: ideſt conſentit animæ ad id quod nata eſt, id eſt ad bonum, & in hoc fautrix eius eſt. Cùm autem hæ animæ debeant probari immortales, plures occurrunt quæſtiones: quarum hæc eſt prima. Si animæ ſunt immortales, & omnes eiuſdem dignitatis in ſui natura, cur plus in vno viget quàm in alio? Quod ſoluit Virgilius, dicens: Quantùm innoxia corpora tardant, id eſt pro habilitate corporum habet anima ſuarum virium exercitium: ſicut leo clauſus in cauea, omnes quidem vires ſuas ibidem habet: ſed non tam potenter exercet illas in cauea quàm in ſylua. Inde rurſus opponitur: Cur anima, quæ dignior eſt in ſui natura, ſubiecta ſit corpori indigniori? Solutio: Anima verò dignior eſt in ſui natura, ſed in hoc quod continetur, indignior eſt corpore continente, & ſecundum hanc dignitatem ſubiecta eſt corpori. Obijcitur item: Si anima comprimitur in copore, vt non poſsit vires ſuas exercere, tunc corrumpitur, & erit indigna, nec bene. Solutio: In ſui natura non corrumpitur, quia naturalem obſeruat claritatem, licet clauſa in corpore, non poſsit adeò nitere: ſicut lucerna modio ſuppoſita, non eò minus claritatis in ſe habeat, licet eò minus appareat. Rurſus opponitur: Si nihil in ſe ſordidum admittunt, cur ergo in inferno puniuntur? Solutio: Quia nouerunt, exutas de corporibus ſordes adhuc habere, quæ de corporeis & de terrenis rebus illis adhæſerunt, quæ vt auferantur, indigent ad tempus purgatione: ſicut gemma nouerit de luto leuata adhuc habere ſordes ſibi inhærentes, indiget purgatione.

De origine animarum.

De hac animarum origine diuerſæ diuerſorum ſunt ſententiæ. Quidam enim dicebant animam eſſe conflatam ex atomis ignis, imitantes Anaxagoram & Heraclitum, qui volebant ignem omnium rerum eſſe originem. Quidam dicebant illam eſſe ſanguinem cordis, imitantes Thaletem Mileſium, qui aſſerebant omnia ex humore conſtare. Stoici quendam Spiritum naturalem, quod probabant tali Syllogiſmo: Quod recedente ab homine, homo deſinit eſſe animal, anima eſt: ſed Spiritu naturali recedente, homo deſinit eſſe animal: ergo Spiritus naturalis eſt anima. Plato autem dixit animas humanas compoſitas eſſe de reliquijs mundanæ animæ. Ariſtoteles vero vocabat eam endelechiam, id eſt, formam animati corporis: & per hoc volebant illam eſſe accidens. Sed Plato, cuius auctoritas præponderat, & quem maximè Macrobius imitatur, dicit animam eſſe ſubſtantiam incorpoream ſe mouentem: & in hoc alijs eſt oppoſitus. Ariſtoteli quidem, qui dicebat illam eſſe accidens, cauſam primam ſubſtantiam. Alijs quoque, qui dicebant illam eſſe corpoream, cauſam primam incorpoream. Quæritur autē ſecundum quem, incorporea ſubſtantia vtrum ſit generata anima, an ingenerata. quod vtrunque Plato aſſerit illam eſſe, diuerſis tamen reſpectibus. Generatam enim vult illam intelligi in Timæo, vbi dicit: Præſtantiſsima à præſtantiſsimo facta eſt, vel in ſecundo, vniuerſi generis ſementem faciam. Nō generatam verò innuit in Phædrone, cùm dicit: Anima nec nata, & ideò æterna. Ne autem poſt in hoc videatur ſibi eſſe oppoſitus, ideò dicit animam ingeneratam, quòd vtatur lege generatorum, ſcilicet vt diſſoluatur actualiter ſiue naturaliter. Nam omnia generata præter mundum & diuina diſſoluuntur actualiter, mundus verò naturaliter. Nam licet nunquam diſſoluatur, natura tamen ſi conditor vellet, diſſolutionem pateretur. Nam quicquid de partibus eſt compoſitum, illi naturale eſt diſſolui: animæ verò ſimplici, nec compoſitæ, non eſt naturale diſſolui: vnde dicta eſt ingenerata. Generatam autem Plato ideò innuit, quod ſecundum multos præiacentem materiam hylen habuerit: quod licet nuſquam Plato teſtetur, nuſquam tamen contradicit. Hyle quidem in puro ſuo ſtatu conſiderata, non differt à materia animæ. in puro ſuo ſtatu conſiderata, id eſt, ſine ratione, ira, & concupiſcentia, quibus informatur, id eſt, quæ in ea funduntur.

De anima mundi.

Dicunt etiam quidam vnam tantùm eſſe animam, id mundanam: quæ omnia in animum & conformes vnicuique rei vires pro ſua habilitate, ſicut ſtellis rationem, hominibus quos in caducis rebus inuenit habere ſphæricum caput, & erectā faciem, rationē quoque infudit, & ſenſualitatē ſicut diuinis corporibus, licet præ nimia contemplatione diuina animalia ſenſualitatem nō exerceant. Cæteris animantibus ſenſum & vegetationem. Arboribus & herbis tantummodo vegetationem: & ſicut vnus vultus in pluribus ſpeculis: & in vno ſpeculo plures vultus apparent, ita vna anima in pluribus rebus: & vbique omnes vires ſuas habet, licet in diuerſis habeat exercitium pro habilitate corporum. Secundum quam ſententiam nullus homo videtur eſſe peior alio, quia vna eademque anima bona & immaculata in ſui natura eſt in omnibus corporibus: ſed dicitur magis degenerare in vno quàm in alio, vtpote conſenſualitas dominatur rationi, quia in cuiuſcunque corpore ſit, illud corpus eſt infernus animæ. ſecundum hanc quoque ſententiam nullus homo moritur, ita quòd patiatur ſeparationem animæ, quamquam ſeparatur à quatuor elementis, in quæ omnia corpora reſoluuntur: ſed tunc dicitur mori, cum in illis anima relinquit priorum virium exercitium. Præterea dicunt quidam, eandem mundanam animam pariter cum humana anima eſſe in homine, de qua vermes viuificentur in homine, ſicque hominem duas animas aſſerunt habere.

Item, de animarum origine ſecundum alios.

Sed quæritur, ſi anima humana eſt generata, id eſt creata, an auctor ſuus omnes animas in prima mundi conſtitutione pariter creauerit, an quotidiè nouas fecerit? Si teſtantibus Philoſophis omnes pariter ab exordio mund. factæ ſunt, & in compares ſtellas tanquam in vehiculo locatæ, donec quotidie incorporandi deſiderio deſcendant. Huc accedit Hebraica veritas, quæ dicit: Ecce vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra: id eſt, animæ quæ incorporandæ erant natis de ſanguine Abel: ideò enim clamamabant, quia volebant perfectam beatitudinem mereri in corporibus: ſed ſuperfluum nihil facit Deus, vnde friuola eſt hæc ſententia.

Item, de animarum origine ſecundum alios.

Alij dicunt animam eſſe partem diuinæ eſſentiæ, quam trahunt ab illo loco, Et ſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ. Hæc autem particula non rediit amplius, ita vero vniatur cum Deo, vnde & peccare poteſt. hi autem agunt de Deo tanquam ſit localis. Aſſerunt alij animas natas de Angelicis ſubſtantijs. Aiunt alij animas naſci de terra, duce ſemine: & ſicut ſciſſum eſt corpus filij de Patris ſubſtantia, ita anima filij de anima Patris: trahuntque argumentum de conſimilitudine morum.

De certa animæ origine.

Eſt autem indubitatæ fidei, nec inde animas naſci, vel creari, vel aliunde adduci, ſed ſimiliter cum ipſo corpore naſci. & eſt quoddam determinatum tempus poſt conceptionem ſeminis, quod redigitur in corpus humanum, quo naſcitur anima cum corpore. Animæ autem, duæ ſunt vires, vna ſuperior, altera inferior. Superior, cœleſtibus & incorruptibilibus adhæret, & alia concupiſcit, vocaturque rationalitas, Spiritus, domina mens, animus. Inferior, eſt quæ voluptatibus corporis conſentit, vocaturque ſenſualitas, animalitas, famula mens. Superiorque debet regere inferiorem: ſed aliquando ex ſuperioris negligentia præualet inferior, & ſeducit ſuperiorem. eſt & in hoc figura Adæ & Euæ. Si enim Adam ſuperior ſe rectè rexiſſet, non illum Eua inferior ſeduxiſſet. Cumque eis Spiritus eſſet ſecundum diuerſitates animarum, vnus qui nunquā vnitur cum corpore, licet aliquando illud aſſumat aereum, vel æthereum, vt Angeli vel dæmones. Alijs, qui nunquam eſt ſine corpore, vt Spiritus brutorum animalium, qui cum ipſis & oritur & interit. Tertius, modo in corpore, modo extra corpus, vt Spiritus qui viuificat homines, id eſt anima. Quod autem dicitur, Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas: hoc quoque dictum puto ſiue de hoc aere terræ, & aquæ circunfuſione, ſiue de ſubtiliori, id eſt æthere, vel de Spiritu Trinitatis: de quo ſi dicit, innuit ſalutem futuram per aquam.

Nota tres figuras in compoſitione animæ depictas ad idem pene tandem: interualla enim quę ſunt in prima, cum vellent impleri harmonicis conſonantijs, nec proportiones ipſæ poſſent diſcerni, in tam paruis numeris facta eſt figura, vt in maioribus numeris doceatur, quæ non poterat in minoribus. Ponitur ergo ſexto loco vnitatis, loco binarij 7. & ſic nota in cæteris. Sed quia adhuc deerant numeri, in quibus ſemitonia diſcernerentur, inuenta tertia figura, & tamen pro ſuppletione hemitonorum quantum ibi per ſe non oſtenduntur: ſed in conſonantijs, diateſſaron & diapente, quarum conſonantiarum proportionales numeri diſtinctè ibi reperiuntur. Mundus dicitur, res illæ ſenſibiles, quaſi mundatæ & diſcretæ ab illa confuſione, in qua prius fuerunt in hyle. vnde Auguſtinus: O munde immunde.

Sciendum quòd in quocunque epithero conſtitutis duobus epogdois, quicquid remanet limma eſt, id eſt minus ſemitonium, ſuperatur à minori ſemitonio, vt ſagaci inueſtigatione calculatoriæ artis repertū eſt, tertia parte ſui ipſius ſemitonij minoris, & 104. parte, ſuæ partis tertiæ.

Si vis ſcire quomodo de toto poſsis facere minus ſemitonium, accipe octauam partem, qua ſeſquioctaua proportio vincit ſubſeſquioctauam, & diuide eam in nouem

æquales partes, poſtea relictis 5. nouenis tres nouenas æqualiter diuide in 27. partes. De quibus viceſimaſeptima parte ſublata, proculdubio remanebit tibi limma: id eſt, minus ſemis. Hoc autem non eſt ignorandum, quo minus ſemis collocatū cum ſeſquioctaua proportione illius ſeſquioctauæ, à cuius nona parte diminuitur, continet totā illam ſeſquioctauam: & inſuper eius 24. partem eius viceſimæ, 4. partis. & præterea octauam partem eius quartæ partis, & ſepties 81. partem eius octauæ partis. Verbi gratia, præponamus tales numeri 3. in quibus liqueſcat qui dicitur, ſunt numeri 243. & 253. & 273. & trientem, & ſemunciam, 243. & ſubſeſquioctauus ad 273. & trientem ſemunciam. Nam iſte eſt ſeſquioctauus ad illum, cōtinet eum totum, & eius octauam partem, quæ eſt 30, & triens & ſemuncia, & etiam tonus integer ad illum. Ducenti verò 53 qui numerus eſt ſemitonio minus, qui ad 243. comparatur, benè dicitur diminuti à nona parte ducentorum 78. & trientis & ſemunciæ. quorum præter totū etiam poteſt contineri nona parte ſui eius octauam partem, id eſt, ducentorum ſexagintatrium, cui conſertus, quemadmodum ſeſquioctauus facit. Non enim ſuperat illum, niſi tredecim, continet tamen illum totum, & eius viceſimamquartam partem, quæ etiam 10. aſſes & 5. & præterea continet huius viceſimæ quartæ partis, quæ etiam duo aſſes. Necnon adhuc continet huius quartæ partis 8. partem, quæ etiam quadrans L, 9. ℥ .c.9. Et omnium continet poſt ſuperiora huius octauæ partis ſpecies octogeſima primā partem, quæ eſt ſcrupulus & calculus: ergo minus ſemitonium comparatum cum ſubſeſquioctaua proportione illius ſeſquioctauæ, à cuius nona parte diminuitur, comprehendit totā illam ſubſeſquioctauam, & eius 24. & partem, & 24. partis, quartam & quartæ, octauam & octauæ ſpecies 81. partem. Si autem hoc inuenire deſideras in integris his, in minoribus nō poteris inuenire numeris, quàm inter 57. 208. & 65. 536. vt plenius liqueſcat probatio, proponātur epitritus & ſubepitritus numerus, vbi poſt duos tonos remaneat tibi ſemitonium: vbi probetur quadrans eſſe verum, & ita inclinentur 49. 155. eius octauas partes 6. 100. 11. 4. 50. 5. 200. 10. 100. 6. eius octaua pars 7. 700. 76. 65. 536. Iſte ergo continet totum ſuperiorem, & eius viceſimamquartam partem, quæ eſt 648. & huius quartæ partis octauam partem, quæ eſt 80. & inſuper continet ſpecies octogeſimam primam partem huius octauæ partis. Inter 3. autem & quatuor ſic poteſt inueniri ſemitonium, à duobus epogdois relictum 3. octaua pars eſt triens & ſemiuncia, ſextuli obulus, calculus & dimidius 3. hemitonium minus. Inter hos duos numeros inuenitur minus ſemitonium, qui ſunt 4. 800. 60. 4. & 4. 500. 100. 17. Si igitur vis ſcire quomodo ſe habet in omni ſemitonio minori maior numerus ad minorem: ſed horum duorum numerorum collectionem firmiter vbique habeas. Continet namque in hac collectione maior numerus, qui eſt 4. 800. 60. 4. totum minorem: ſcilicet 4. 500. 100. 18. & inſuper eius nonā decimam partem, quæ 1. 200. 10. 50. 3. nec nō eius nonædecimæ partis, octogeſimamprimam partem 1. 3. & præterea continet octogeſimæprimæ partis, quæ eſt vnitas. Vnus duo. Ideò à minimo hic liber incipit, quia conditor humanæ molis, numerum voluit habere exemplar in omni opere ſuo: vbi etiam in his notetur perfectio operis, & ab vno, id eſt à Deo: quia vnus eſt factor omnium, quæ ſunt, à duob' & à tribus, quoniam hi tractant de omni alteritate, quæ ab vno, id eſt à Deo deſcendit, ſicut à monade omnis alteritas mundi ducitur. Quartus hac ratione ſubtrahitur numerus, vt ſenarij numeri perfectius remaneant, quia hi tres perfecti notātur in ſcientia de naturali iuſtitia. Nam ſi nō ſubtraheretur, denarius remaneret, quem conſtat eſſe perfectum: quia diuiſus non reſtituitur, ſicut ſenarius imperfectus reſoluitur per partes: quæ coacernatæ faciunt imperfectum numerum, id eſt ſenarium.

Supereſt igitur. Sophiſtæ verò nunc ſuas defendunt rationes, & alienas impugnant, & econuerſo. Vnde proborum mores aſſequi non valent, qui certis & probabilibus vtuntur rationibus. Fit enim b. interuallo. Dicit hoc per inuolucrum & integumentum, quaſi axes cœli aliquando trini emolirentur, & facerent ipſam ſpæram mundani corporis ſubſidere, & ita calor dominaretur humori, & ita proueniret diluuium per ignem, & econuerſo. Taliter circumactionem vocat tranſitionem & retranſitionem elementorum, quòd non ignis ſpiſſatur in aërem, aër in aquam, aqua in terram, vel econuerſo, tunc exulat calor, vel humor ſit diluuium, vel per ignem, vel per aquam, alteram circumactionē dicit per conuolutionem 7. planetarum, ex quorū natura vel n mius calor vel humor prouenit. eſt adhuc maior cauſa cùm feruentiſſimus eſt, ſi tunc humor nimium moratus fuerit, ſtellæ circunfuſæ ſoli mittunt ex ſe feruorem circa ſolem, & inde minuuntur, calorem mittit terræ, & tunc igne pereunt. Vel exorbitatio referas ad currum ſolis, nam exorbitare videtur in æſtate, cùm altior ſurgit: & tunc magis contra nos verſus eſt, quàm in hyeme, vel dicas quòd longo interuallo dicit de magno anno, *qui* eſt 15000. annorum. Aliter dicunt quoque Philoſophi, ſolem eſſe ... lis naturæ, quòd omnium in ſe trahat ignem ſtellarum, ad quem ... pe...andum attrahit ſibi humorem illius elementi, ſcilicet aquæ: & tunc aqua & maximè maria contrahuntur, quam cùm remiſit, diſtrahitur mare: ſed aliquo tempore magis quàm alio. vnde Lucanus:

Flammiger an Titan vt alentes hauriat vndas,
Erigat Oceanum, fluctuſq; ad ſydera tollat.

Nota quòd dicit numerum priorem ſuperficie. nullum enim accidens prius eſt ſubiecto ſuo, & dicit ſuperficiem corpoream propter perpetuam coniunctionem ſui cum corpore, quod nunquam deſerit, incorporea autem eſt ſui natura. Itaque corporeum & incorporeum hoc reſpectu benè patiuntur ſe, corporeum vt corporis, & incorporeum animæ penitus ſunt oppoſita, nec omnino patiuntur ſe in eodem.

Hyle impreſſa ideis dicit firmare corpus, cuius præſtantiſſima parte conſtare diuina dicit, quod non videtur eſſe. Hyle enim ... informis, veram non habet partem in ... natura. quare ex eius parte nihil conſtat, nec etiam ex ... termino aliquid conſtat. Si enim hyle in aliquod vnum tranſiret totū, iam alia omnia ex hyle materia non conſtarent, quod etiam eſt cōtra auctoritatem, cùm nec ex toto, nec ex parte hyle conſtaret. Dicendum eſt igitur hyle aduenire formam, & primò in aliquam partem ſui, vnde dicatur fieri aliquid, deinde aliam formam in alia parte ſui, & ſic per ſingula. Tradunt Phyſici, quædam conuenienti corpore elementorum ad ſimilitudinem numerorū corpora proportionari, ad hoc vt ſint apta viuificari ab anima, quæ compoſitio vniuerſalis dum ſuum tenorem habet, naturam animalis ſolidam & quietam, quantum in ſui naturam manere dicunt. Si verò ex aliqua parte ex ſuperfluis humoribus, ſiue diminutis diſcordia compoſitionis euenerit, infirmitatem accidere: ſi verò perijt, diſſolutio fuerit, mori hominem: vnde dicit liber, dum mundo ſuperſunt, &c. cùm verò deficiunt, mox arcana vis ſoluitur: quia quantùm in natura animæ cùm ſemper apta eſt animare, niſi corpus impediat, vnde ſubiungit, anima ipſa non deficit, &c. Cùm adhuc poteſt eſſe acceſsio. Nota hoc eſſe contra ſententiam Platonis, vbi dicitur meritis in fine locatis. Nam ſecundum B. Auguſtinum omnis homo tollitur à vita, cùm vel optimus vel peſsimus eſt, non dico quantum ad effectum operis, penſatur ex quantitate amoris, qui autem tunc homo tollitur ex iuſtitia Dei fit, ex qua homo incremento virtutum perficit, & in ſordibus vitiorum putreſcit. De terra & igne, quia viuificat ſpiſsiſſima & ſubtiliſsima. Ex terra & aqua, quia ſpiſsiſsima: ex aëre & igne, quia tenuiſsima. Hanc diuidit horizon hoc nō eſt verum. Horizon enim in longitudine habet 360. ſtadia: qua menſura terrā eſſe longiorem conſtat: ſed quod hic liber dicit, intelligendū eſt, de horizonte cœli, quod eſt hemiſphærium, ſub quo continetur dimidia pars terræ. Vltroque magnā partem. Citrò quia nō totam continet, vel vltrò citroque, id eſt, ex vtraque parte. Tunc propter eluuiones & exuſtiones. Quod Plato teſtatur, ſic dicens. Fit enim longo interuallo mundi circumactionis exorbitatio, quam inflammations vaſtitais neceſſe eſt cnoſequatur.

Cùm

... tempora, niſi curſus ſolis e... curſus ſolis non efficit tempora, cùm etiam aliqui dies fuiſſe legantur ante ſolis originem: ſed ſol dicitur efficere tempus, quia per eum diſcernitur. Nam tempus eſt perpetuus rerũ decurſus, per ſolem notatus. Ideò phyſici mundum, magnum hominé vocant. Mundum nomine hominis vocauerunt, quia animatus vt homo, hominem verò nomine mundi vocauerunt: quia ex quatuor cõſtat elementis. Aut ſphærico motu. Quod ſphærico motu rotatur, ipſum in ſe totum locum quem habet, nunquam deſerit, ſed in eodem ambitu ſemper manet totum, per partes autem diuerſum locum aſſumit circumuoluendo. Quod autem per lineam mouetur, aliquãdo penitùs priorem locum deſerit tranſitum in alium, aliquando priorem non deſerendo porrigitur in vlteriorem, vt arbor creſcendo. Nos cauere præſtigia. Sicut in præſtigijs aliquid videtur eſſe, cùm nihil ſit, ita verbis illius, qui ſophiſticè agit, cùm tamen nihil veritatis ſit. Intellectus eſt, per quem animus ea quæ ſunt perſpicit. Prouidentia, per quã aliquid futurum videtur, antequam fiat. Magnanimitas, eſt rerum magnarum & excelſarum cum anima ampla & ſplendida quadã propoſitione cognitio. Magnificentia, eadem in ... ctu. Fiducia, eſt per quam magnis & honeſtis in rebus multum ipſe animus in ſe fiduciæ cum certa ſpe collocatum. Tolerantia, eſt honeſtatis aut vtilitatis cauſa Rex arduarum ac difficilium, voluntarium ac diurna perpeſsio. Conſtantia, ſiue perſeuerantia, eſt in ratione benè conſiderata, ſtabilis & perpetua manſio. Modeſtia, eſt per quam pudor honeſtus charam & ſtabilem comparat auctoritatem. Amicitia, eſt voluntas bonarum rerum, quæ aliqua illius ipſius cauſa quem diligit, cõtra eius pati voluntatem. Philoſophia, eſt veritatis comprehenſio: quæ diuiditur in tria, ſcilicet ethicam, logicam, phyſicam. Ethica autem eſt ſcientia moralis, vitæ ordinem apertè demonſtrans: cui ſupponuntur tria, ſcilicet animus, anima, homo. Animus, eſt res ſui curam gerens. Anima, eſt reipub. curam ſuſcipiens. Homo, eſt res familiaris, officium diſponens: vel ſecundum Dialecticos, animal rationale. Animæ autem quatuor ſupponuntur, ſcilicet prudentia, iuſtitia, fortitudo, temperantia. Prudentia, eſt veræ laudis perfectio. Iuſtitia, eſt habitus animi. Sapientia, cuncta proſpiciens: vel habitus animi communi vtilitate conſeruata. Fortitudo, eſt quædam relictis vitijs, ad meliora ſemper ſe erigens, vel fortis eſt periculorum ſuſceptio, & malorum perpeſsio. Temperantia eſt, quòd amoris grauitate quæque conſtituens. Logica, eſt diligens ratio diſſerendi, & magiſtra iudicij: ſic diffinita ſtrictè accipitur, comprehendens tamen rhetoricam dialectica. Largè verò ſic deſcribitur: Logica eſt ſermocinalis ſcientia, & diuiditur in tria, in dialecticam, rhetoricam grammaticam. Dialectica, eſt ſagacitas ingenij, ſtultitiæque ſequeſter. Supponuntur autẽ dialecticæ quatuor, ſcilicet probatio, aſſumptio, confirmatio, concluſio. Rhetorica, coniunctionis honeſtæ, & faceti eloquij, doctrix argumentoſa: cui ſupponuntur tria, natura, doctrina, vſus. Grammatica, eloquendi peritia. Phyſica, ſcientia naturalis vigoris, cauſam rectè commemorans. Phyſica autem alia intellectibilis, vt Angeli: alia intelligibilis, vt Deus: alia naturalis, vt ſubſtantia. Naturalis verò diuiditur in ſex, ſcilicet Arithmeticam, Geometriam, Muſicam, Aſtronomiam, Aſtrologiam, Medicinam. Arithmetica, eſt multitudinis, quæ per ſe eſt ſollicita calculatrix. Arithmeticæ ſupponitur perfectio, imperfectio, pluſquàm perfectio. Geometria, eſt immobilis magnitudinis doctrina ponderatrix, vel menſuratrix: quæ habet lineamenta, interualla, magnitudines, figuras, dimenſiones, numeros. Muſica, eſt melodiæ eiuſque inſtrumentorum artifex curioſa. Muſica autem, alia harmonica, alia rithmica, alia metrica. Aſtronomia, eſt mobilis magnitudinis aſcita contemplatrix. Aſtrologia, eſt peritia, quæ cœlis vertiginem conuerſione conſiderat. Altera autem naturalis, altera autem ſuperſtitioſa. Naturalis dum exequitur ſolis & lunæ curſum, aſtrorum, certas temporũ ſtationes. Superſtitioſa verò eſt, quã mathematici ſequuntur, quæ in ſtellis augurantur: hoc verò eſt inter Aſtronomiam & Aſtrologiam, quia Aſtronomia cõuerſionis, ortus, obitus, motu que ſiderum continet, & cur ſic vocentur. Aſtrologia verò partim naturalis, & ſuperſtitioſa partim. Medicina eſt ars, quæ de morbis & ſalute corporũ tractat. Alia verò methodica, alia autem empirica, alia logica. Ariſtoteles quærit, an Deus ſit pœna dignus eſt, quia colere magis, quã inquirere conuenit ſapienti. Alexander ad Didymum: Eſt anima vna per ſe ſtabilis, vnde omnes animæ recreantur. Hermogenes, Si Deus non eſt, vnde bona: ſi eſt, vnde mala?

BEDÆ PRESBYTERI MVSICA THEORICA.

NOtandum eſt, quòd omnis ars in ratione continetur. Muſica quoque in ratione numerorum conſiſtit atque verſatur. Illud autem quod fit ex ſonorum inſtrumentis, mutatorium eſt. Quinque ſunt ſenſus: ipſorum ſenſuum duo ſunt, qui iuxta corpus ſumuntur, viſus & auditus: & duo ſunt qui intrà, guſtus & tactus, imò verè olfactus. Dubium eſt, vtrum intus an foris ſentiat? Eſt autem ſenſus, vinculum corporis & animæ. Quædam ſunt incorporalia & inuiſibilia, vt anima: & quædam corporalia & viſibilia, vt ſunt corpora: quædã inuiſibilia & corporalia, vt ſenſus corporei. Corporalia ſunt, qui à corpori adminiſtrantur: & inuiſibilia, quia illud vel in animis vel viſus, non poteſt videri. Vnde fit, vt cùm quinque corporei ſenſus alia exteriora ſentiant, ſeipſos non ſentiant. Viſus enim ſeipſum nõ videt, guſtus ſeipſum nõ guſtat: quòd ſi faceret, nunquam ieiunus eſſet: ſic de cæteris. Conſiderandum ergo, quia cùm ſenſus corporis ſine labore adhibeamus ſenſibilibus rebus, quæ percipiendæ ſunt, ab illis nõ facilè poteſt explicari & definiri, quæ natura ipſorum quinque ſenſuum vel corporis ſit, vel quæ proprietas ſenſibilium rerũ percipiuntur. Naturaliquid requiritur ſenſuum, & definitur quòd ſint corporei & inuiſibiles, vt eſt auditus corporeus & inuiſibilis. Res verò ſenſibilis, quia percipitur ab auditu: id eſt, vox proprietates habet, vt aër eſſe commodum & percuſſum quodam ictu: quæ ipſa quoque corporea eſt & inuiſibilis. Nam proximiora facilius viſum penetrant, quàm ea quæ ſunt remotiora. Si neque clauſis oculis aliquid peruidemus corporeum. Auguſtinus in libro 11. de ſancta Trinitate dicit: Gignitur ergo ex re viſibili viſio, ſed nõ ex ſola, niſi adſit & videatur. Quocirca ex viſibili & vidente gignitur viſio, ita ſanè, vt ex vidente ſit ſenſus oculorum, & aſpicientis atque intuentis intentio. Illa tamen informatio ſenſus, quę viſio dicitur, à ſolo informatur corpore quod videtur, id eſt, à re aliqua viſibili: qua detracta, nulla remanet forma quæ inerat ſenſui, dum adeſſet illud quod videbatur. Senſus tamen ipſe remanet, qui erat & priuſquàm aliquid ſentiretur: velut in aqua veſtigium tamdiu eſt, donec ipſum corpus quo imprimitur ineſt. Quo ablato, nullũ erit, cùm remaneat aqua, quæ erat, antequam formam corporis caperet. Ideoque non poſſumus quidem dicere, quod ſenſum gignat res viſibilis: gignit tamen formam nedum ſimilitudinem ſuam, quæ fit in ſenſu, cùm aliquid videndo ſentimus. Si formam corporis quã videmus, & formam quæ ab illa in ſenſu videntis fit, per eundẽ ſenſum nõ diſcernitur, quoniam tanta coniunctio eſt, vt non pateat diſcernendi locus: ſed ratione colligimus nequaquã nos potuiſſe ſentire, niſi in ſenſu noſtro aliqua ſimilitudo conſpectui corporis. Neque enim cùm anulus ceræ imprimitur, ideò nulla imago facta eſt, quia non diſcernitur, niſi cùm fuerit ſeparata: ſed quoniam poſt ceram ſeparatã manet quod factum eſt, vt videri poſsit. proptereà facilè perſuadetur, quod inerat iam ceræ forma impreſſa ex anulo, & antequàm ab illa ſeparetur. Si autẽ à liquido humori adiungeretur anulus, eo detracto nihil magis appareret. Nec ideò tamen diſcernere ratio non deberet, fuiſſe in illo humore, antequàm detraheretur, anuli formã factã ex anulo,

quæ

quæ diſtinguenda eſt ab ea forma, quæ in anulo eſt, vnde iſta facta eſt, quæ detracto anulo non erit: quamuis illa in anulo maneat, vnde iſta facta eſt. Sic ſenſus oculorum non ideò nó habet imaginem corporis, quod videtur, quamdiu videtur, quia eo detracto nó remanet: ac per hoc tardioribus ingenijs difficillimè perſuaderi poteſt formari in noſtro ſenſu imaginem rei viſibilis, cùm eam videmus & eandem formam eſſe viſionum. Si qui fortè animaduerterint quod commemorabo, non ita in hac inquiſitione laborabunt, plerunque cum diuſcule attenderimus quæque luminaria, & deinde clauſerimus oculos, quaſi verſantur in conſpectu quidam lucidi, colores variè ſeſe communicantes, & minus minuſque fulgentes, donec omnino deſiſtant: quaſi intelligendú eſt reliquas eſſe formæ illius, quæ facta erat in ſenſu cùm corpus lucidum videretur, paulatimque & quodammodo gradatim deficiendo variari. Nam & inſertarum feneſtrarum cancelli, ſi eos fortè intuebamur ſæpè in illis apparuere coloribus, vt manifeſtum ſit hanc affectionem ſenſui noſtro ex ea re, quæ videbatur impreſſa. Erat ergo etiam cúm videremus, & illa erat clarior & expreſsior, ſi multú coniuncta cum ſpecie rei eius quæ cernebatur, vt diſcerni omnino nó poſſet, & ipſa erat viſio. Quin etiam cùm lucernæ flammula modo quodá diuaricatis radijs oculorum, quaſi geminatur, duæ viſiones fiunt, cùm ſit res vna, quæ videtur. Sigillatim quippe efficiuntur idé radij de ſuo quiſque oculo emicantes, dum non ſiniuntur, in illud corpus intuendum pariter, coniunctéque cócurrere, vt vnus fiat ex vtroque contuitu: & ideò ſi vnum oculum clauſerimus, non geminum ignem, ſed ſicuti eſt, vnum videmus. Siniſtro igitur clauſo, illa ſpecies videri deſinit, quę ad dextrum erat: viciſsimque dextro clauſo, illa intermoritur, quæ ad ſiniſtrum erat.

Aduerbialiter. Nam ſicut quando augetur dies vel minuitur, non ſtatim præſentatur, niſi per multos dies. ſic etiam Muſica quádo augetur & minuitur per hemitonia, vel dies in non continuo percipitur, donec illæ partes ſupercreſcant. Iſciatici, id eſt, coxarum iniuriaticus dolor. Vt eſt, frigiditas aquæ, humiditas aëris, caliditas ignis, ſiccitas terræ. Nam duo ex his agunt, ignis & aër: duo patiuntur, aqua & terra. Quatuor autem ſunt tempora, χειμὼν hyems, ἔαρ ver, θέρος æſtas, φθινόπωρον autumnus. Hyems comparatur aquæ, autumnus terræ.

Plinius Secundus in libro ſecundo Naturalis hiſtoriæ, an ſit immenſus mundus, & ideò ſenſum aurium extendens tantæ molis rotatæ vertigine aſsidua ſit motus, nó quidem facilè dixerim, nó magis quàm circumactorum ſimul tinnitus ſiderum, ſuoſque voluentium orbes. An dulcis quidam, & incredibili ſuauitate cóceptus nobis, qui intus agimus iuxtà diebus noctibuſque tacitus labitur.

Dum muſica cœleſtis ex ſubtilioribus conficitur, ſine vlla inconuenientia ſonoriſsima comprehenditur: nam latenter ex ſuperioribus ad inferiora vſque auditus noſtros effunditur, quamuis eam propter conſuetudinem nó conſentimus: ſicut ſunt illi, qui circa κατάδουπα habitant, id eſt deſcenſum Nili. Si autem aliquis in altero mundo naſceretur (ſi poſsibile eſſet) vt S. Auguſtinus affirmat, vt in hunc mundum poſtea veniſſet, eam ſine vllo Impedimento audiret, eique vltra vires placeret. Muſica auté quamuis terreſtris, nobis placuerit, tamen quia corpulentioribus elementis efficitur, vix ſine aliqua incongruentia inuenitur. Et hoc notandum, quòd ſicut multa anima agit, illa ipſa neſciente, vt capilli vngulæque creſcunt: ſic etiam multa in auditu ipſius aguntur, quæ eam propter conſuetudinem latent, vt ſonitus planetarum.

Hæc viuacitas rationis, eſt ipſa vis rationis animæ, quæ ſub ſilentio in animo latet. Tunc autem miſcetur corpori, quando mirabiliter per ſonos foras egreditur.

Contemplatio regularum ex mente, quę Græcè θεώρημα dicitur.

Multiplex igitur ideò maiorem poteſtatem ad conſonantias retinet, quia diſcretæ quátitati in augmento creſcente ſimilatur. Et cur propterea? Quia Arithmetica quæ per ſe eſt, & Muſica, quæ conſonantiarum demonſtratrix eſt, ad diſcretam quantitatem pertinent.

Geometria verò & Aſtrologia, continuæ quantitatis ſunt, cui quia ſuperparticularis in decreſcentibus partibus ſimilis eſt, non eandem quam multiplex ad conſonantias vim retinet, ſi tamen propter ſingularitatem partium ſecundo loco admittitur. Superparticularis etiam conſonantias tantùm: Multiplex verò, non tam conſonantias, quàm æquiſonantias efficit.

Secundum Pythagoricos & Ptolemæum, natura ſecundum Ariſtoxenum eſt in qualitate. Ná quamuis in numeris particularitas dicatur, abuſiue dicitur: cùm propriè quicquid per partes partitur, continua quantitas intelligatur, quæ longitudine, latitudine, altitudineque comprehenditur: & ideò ſuperparticularitas cótinuè ſcribitur, quia per partes partitur.

Omnis ſymphonia multiplex, diſcretæ quátitatis proprietatem ſequitur, non tamen vt infinitam, ſed per tres tantùm gradus, duplum ſcilicet, triplum & quadruplum. Omnis autem ſuperparticularis ſymphonia, quantitatis continuæ naturam ſeruat, non quidem in infinitum, ſed tantùm per tres gradus, ſeſquialterum, ſeſquitertium, ſeſquioctauum.

Duplicat namque ſuperparticularis ſuam proportionem, quæcunque ſit, & per dualem numerum denominat, atque à duali inchoat, & in eum redigitur, neque peruenit ad vnitatem: ideoque ſeruat continuæ quantitatis proportionem.

Tranſgreditur namque muſicæ conſonantiam, ideoque quòd plures partes excedit, & à ſimplici diſcedit.

Exprimit at reliquos leui domus ampla miniſtros,
At Dominum metuens vocitatur cætera plebes
Omnis in his autem conſiſtit turba fidelis,
Lectio quod ſignat præcedens ritè quaterna,
Hæ quoq; mutantur per tempora quatuor anni,
Temporibusq; leguntur eiſdem conuenientes,
Quinta ſemper eadem recitatur & ordine eodem,
Vnde liquet quoniam ad tempus non iſta refertur,
Ergo viros ſpectat ſpecialiter iſta ſacrandos,
Ardentis reſerans incendia ſæua camini,
Quis iuſtos hoſtis perſtabat adurere ſæuus.
Stringuitur haud tamen his diuini feruor amoris,
A quo nulla pios reuocat ſtipulatio mundi,
Et quamuis inſtanter eos trux vrgeat hoſtis,
Ignibus aſſiduis vitiorum fomite paſtis,
Quiq; Deo digni exiſtunt illumq; precantur,
Ipſius auxilio procul ignea tela repellunt,
Et licet ille deus ceruicem flectere falſis
Suadeat, vt nunc narratur feciſſe tyrannus,
Cogere ad iſtud eos nulla ratione poteſtur,
Vt quos nulla ſibi proſternit dira Cupido,
Nec ſculptum blanda venerantur imagine numinum,
Ad quod ſignandum mos eſt hac in prece ſemper,
Ex illa quæ eſt edita, poſt illamq; refertur,
Erectos atq; ſtantes orare fideles,
Genua nec ad terram curat deponere quiſquam,
Cum reliquis ſtudeant hoc præconante miniſtro.
Poplitibus flexis ſtratiq; ſoleremus omni
Corpore contrito Dominum quoq; corde precari,
Vt pateat diſtantia quanta ſit inter eorum
Illorumq; preces, qui numina falſa verentur,
Cùm proſterni illi dicuntur, ſtare volunt hi,
Sed quia fornacis ſit mentio ſemper in iſtis
Ordinibus, libet indagare quid inde queamus
Elicere haud tam crebra iteratio ceſſa putanda eſt,
Nullus ad officium diuini accedere cultus
Ritè poteſt quem non tentatio dira probarit,
Hac non immeritò flammis ſignata camini.
Atteſtatur idem ſcriptura pagina ſacra.
Vas veluti Samium fornax examinat vrens,
Haud aliter iuſtum tentatio pungat acerba,
Nec quod elegit Dominus ſuccumbere norunt,
Ipſe etenim vires in ſe fidentibus addit,
Quicunque victores fuerint certaminis, vt iam
Ignibus excelſum valeant laudare ſopitis,
Iucundumq; Deo reboare fideliter hymnum,
Ritè miniſterijs poſſunt aptarier almis,
Munia non illis aliter committere tanta
Cenſeo, ni valida veluti fornace probati,
Per multos diſcant cœleſtia adire labores,
Quatenus æterno ſocientur in æthere regi,
Cuius hic obſequijs deuoto corde miniſtrant,
Quiq; ſuos ſecum fore dixit in arce miniſtros.
Innuit hoc illis ſemper præmiſſa camini,
Mentio deinde ſequens extinctis ignibus hymnum,
Hic benè certantes, illic cantare quietos.
Omnibus ergo illos igitur iam ritè peractis,
Fulmine Paulus eos tonitru mox excipit, & quæ
Sint peragenda dehinc hortansq; monensq; profatur,
Et rectè teſtamentum vetus ante ſacrandum.
Inde nouum legitur Domini iam in ſorte redactis,
Admoneantur vti vitam moresq; nouare,
Atq; nouum vetere exuti ſectentur homonem,
In ſortem quicunque Dei tranſire merentur.
Nec vacat hoc veteris quod primū quinq; leguntur
Sexta noui, ſed quinq; ſacrandis, ſexta ſacratis:
Aetates preſſa caligine quinque fuerunt,
Sexta nouo totum reſperſit lumine mundum,
Et quicunque ſacris Domino miſerante dicatur,
Officijs, tenebras pellant erroris antiqui,
Ad lucemq; nouam ſtudeant migrare neceſſe eſt.
Quinque per ætates ſeruili quiq; timore
Per ſeruum iuſſa ſeruiebant lege tonantis,
In ſexta nati, iam dicimur omnipotentis,
Et regale genus, regale ſacerdotiumq;,
Membra ſacerdotis ſummi regiſq; per omnes,
Participes autem exiſtant licet huius honoris,
Quiq; Deum concordi mente fatentur & ore,
Præcipuè tamen hi qui participare merentur,
Nominis atq; ſacerdotis dicuntur & ipſi,
Hi vetero ac ſeruili igitur formidine pulſa,
Natorum ſeruire magis grateutur amori,
Sicq; ſacerdotes ſe ſeueriſſimè norint,
Ne tamen hinc illos elatio pulſet inanis,
Quamq; graues humileſq; miniſteria iſta requirant,
Qui ſequitur preſſo ſignat modulamine tractus,
Quod talis humilem pandit modulatio mentem.
Plurima ſunt exempla quidem, ſed ſufficit vnum,
Vendicat hunc ſemper ſibi quadrageſima cantum,
Quo Chriſti populus nullo mage tempore ſemet
Submittit, ieiunando atq; precando benignum,
More dehinc ſolito fiunt ſolennia miſſæ.
Cum ſibi conueniant cuncta hæc pulcro ordine rerum
Iudicioq; his nemo reſiſtere quiuerit æquo,
Quantum deſipiat liquida ratione pateſcit,
Iudicat hæc alio quicunque die celebranda,
Illo quem ſtatuêre patres temerè intermiſſo,
Officium hoc altius cum non ſibi vendicet vllus,
Et ſtatuta patrum nulla ratione priorum
Vellere conueniat, Paulo doctore iubente,
Angelus excelſo veniens ſi forſan olympo,
Et vobis aliud cupiens imponere dogma,
Tentet ab hoc fidei ſacro deflectere calle,
Quam per nos Dominus voluit diffundere mundo,
Aſſi blaſphemum laribus propellite veſtris,
Nec minus hoc etiam ſcriptura fatetur auita,
Antiquos fines ne tranſgrediare parentum.
In tumidum fragili cum lintre cucurrimus æquor,
Quæ licet illiſa ſcopulis quaſſata procellis,
Litoris optata tandem tellure potitur:
Nec verò mirum diſcrimina plura tuliſſe,
Intentata prius ſulcauimus æquora cuiquam.
Nam quos Romana extollit facundia linguæ,
Antiquis trito nituntur tramite cuncti,
Scyllæum pelagus Maro remige ſulcat Homero,
Pindarico vates incedit calle Sabellus.

Lucilium ſequitur ſatyra mordacis amator:
Comicus eximie regitur ductore Menandro,
At noſtram ductor præceſſit nemo Thaliam.
In ſcabros impegit ob hoc erronea cautes,
Sed ſpirante Deo Zephyris fœlicibus acta,
Iam portus pleno tandem ſubit hoſtia velo.

Incipiunt verſus de varijs computus regulis.

Aduentum Domini non eſt celebrare Decembri,
Poſt ternas nonas neq; quintas ante kalendas,
Paſcha nec vndenas Apriles ante kalendas,
Nec poſt ſeptenas Maias valet eſſe kalendas,
Virgo puerperio dedit anno ſigna ſecundo,
Illius magni cycli modò bis reuoluti,
Trigintaq; duos quingentos qui tenet annos,
Virgo puerperio dedit anno ſigna ſecundo,
Illius Angelici dantis Paſchalia cycli,
Qui conſtat denis annis ſimul atq; nouenis,
Octauus decimus fuit & tunc temporis annus,
Lunaris cycli propè qui par verſificalis,
Solaris nonus cycli fuit & biſſextus,
Tempore præterea fuit hoc indictio quarta,
Quatuor vndenas ſol, luna tenebat epactas,
Lunaris iam vult luna cyclus oriri,
Annis qui denis protenditur atq; nouenis,
Cycli ſolaris ſit Martis origo kalendis,
Pagina magnifluis qua dicitur area cycli,
Phœbes & ſolis cyclis compacta gemellis,
Qui ſibi ſeptenos quater ad ſpatium capit annos
Confert centenos triginta treſq; biſextos,
Trigintaq; duos quingenos inſimul annos,
Tempora bis duo ſunt ieiunia menſibus in tot
Menſes temporibus, ieiunia menſibus inſunt,
Hi ſunt September, Mars, Iunius, atq; December,
Martius à feria titulat ieiunia quarta,
Iunius hebdomadas à ſeptem bis numeratis,
Conſtat certus item Septembris terminus idem,
Nec decimus nonas Iani notat ante kalendas.
Anno ſolaris tribuunt hac arte periti,
Ter centum ſpacium, decies ſex, quinq; dierum
Quinquaginta inde hebdomadas ſunt geminaiq;.
Concurrens primus manet ille ſuperfluus vnus,
Aſſumes vnum ſic vnumquemq; per annum,
Quæ cubat in ſeptem, cautus tranſcendere legem,
Succreſcunt gemini, quarto ratione biſexti.
Anno communi ſtat Paſchæ terminus omni
Sex aſcendendo numeratis bis minus vno,
Lunaris tanto quia ſolari minor anno,
Vltimus eſt annus veruntamen excipiendus,
Qui ſaltus lunæ bis ſex capit ex ratione,
Emboliſmali ſtat Paſchæ terminus omni
Deſcenſu denis numeratis atq; nouenis.
Solaris tanto quia lunari minor anno,
Sol vult zodiaci ſignum per quodq; morari,
Trigintaq; dies, horasq; decem mediamq;.
Conſicis inde dies tercentenos decies ſex,
Ter quæ ſol ſigna graditur cùm ſint duodena,
Quinq; dies denis facis ex remanentibus horis,
Quippe dies quamuis ſit ab horis bis duodenis,
Nam cum nocte diem ſolidum natura dat omnem,
Aſt ex dimidia quadrantem conſicis hora,
Vna dies quarto per quem ſic creſcit in anno,
Quæ repetit ſenas tibi Mars inſerta kalendis.
Annus ſolaris lunarem vincit epactis,
Quas dicunt Græci ſuperadditamenta Latinè,
Verſibus hac ſeſe voluunt Paſchalibus vſque,
Principium primo quibus eſt & finis in imo,
Quas in Septembris debes mutare kalendis.
Annus communis ſtat menſibus ex duodenis,
Emboliſmalis magis vno quàm duodenis,
Vnus enim menſis concreſcit tunc ab epactis.
Diſcretus ſigni eſt zodiacus duodenis,
Extant ſignorum menſes tot ad inſtar omnium,
Triginta Phœbus ſignorum quodq; diebus,
Atq; decem ſemis ceſſim perlabitur horis,
Fiunt inde dies ter centeni decies ſex,
Quos inter menſes bis ſex diſponere debes,
Quinq; dies denis facit ex remeantibus horis,
Quos quia diſtribui nequeunt, debes dare Marti.
Cur potius Marti? tribuit quia Romulus illi,
Menſes bis quinq; ſtatuens qui principe Marte.
Principe cur Marte? colunt quia progenitore,
Eius ſucceſſor Numa binis extitit auctor,
Si numerum menſi dare vis ratione ſequenti,
Sume dies menſis, numerum quoque iunge prioris,
Diuide per ſeptem numerum ſibi dans remanentem.
Per ſeptem quare? quia ſic hebdomada ſtare
Debet, quos iunge quibus extas non aliunde,
Si libeat ſcire numerus ſibi quid velit iſte,
Annos per ſeptem concurrentes ſibi iunges,
Vt capias per te ferias, vbi quæq; kalenda,
Fiet enim numerus, vel ſeptem vel minus aut plus,
Si ſeptem vè minus feriam ſic dicito, ſi plus.
Ablatis ſeptem, numerum ſibi da remanentem:
Hos da Septembri, Marti quos antè dediſti,
Ex hoc incipiens, quia ſic AEgyptia vult gens,
Si numerum menſi dare vis ratione ſequenti,
Sume dies menſis numerum quoque iunge prioris,
Quo facto menſi ſua vult lunatio demi.
Aſcribas menſi remanentia pone ſequenti,
Diſcas ſi neſcis quota ſit lunatio quæuis,
Menſibus eſt luna paribus vigeſimanona,
Creſcit in imparibus ætas trigeſima, cuius
Hoc in catalogo menſium nunciat ordo.
Si libeat ſcire numerus ſibi quid velit iſte,
Huic numero iungis anni præſentis epactas,
Colligitur numerus triginta vel minus aut plus,
Triginta vè minus ſi ſint tot a cynthia, ſi plus,
Triginta demas remanentibus & liquet ætas,
Sic alij menſes menſi reſpondet in horis,
Par Ianus menſi decimo, Februusq; Nouembri,
Martius Octobri, par eſt September Aprili.
Maius Sextili, par Iunius eſt tibi Iuli.
Ecce dies noſti quia ſit præſentia Phœbi.
Sunt duo legitimi tamen interualla dies.
Vnum nocturnum vocitant, aliudq; diurnum,
Hæc ſunt quippe die viginti quatuor horæ,
Horarum ſpacia duodena ſubindicat hora,
Iam propriè ſpacio tria ſubiunxêre diurno.
Mane quidem, mediamq; diem ſummam prope noctem.
Sicut mens populi, variatur origo diei.
Ex ortu Phœbi putat hanc Chaldæus oriri,
Sed gens AEgypti, putat ortu noctis oriri,
Nocte putat media Romanus vt incheet ipſa,
Inde ſolent galli cantare futura diei.
Lux quæ prima fuit, noctem præcedere cœpit
Adæ lætitiam portendens ante ruinam,
Quam benè formatus cecidit ſub nocte reatus,
Nunc ſequitur noctem lux vincens in cruce mortem
Reſtituens hominem vita tenebras patientem.
Ordo planetarum variat ſeriem feriarum,
Quippe dies à dijs placuit vocitare Poetis.
Tertia Martis erat, Stilphontis quarta manebat,
Inde Iouis quintam tribuendo vocant Iouianam.
Sexta fuit Veneris, poſtrema Deum genitoris,
Hæc dijs addebant ſe quis conſtare putabant,
Iuuit temperiem Iupiter Cyllenius artem,
Pneumate ſol vna mars ſanguine corpore luna,
Vel dedit humorem, venus ipſa libidinis ignem.
Noſtro more dies feriæ ſunt nomen habentes,
A fando feriam iam credimus eſſe vocatam,
Prima dies etenim fuit huius nominis olim,
Qua fas eſt fari, diuina ſimul feriari,
Vel quid fiat ait Dominus omnia quando creauit,
Hebdomadam facimus ſeptem conſtare diebus,
Quam ſolet AEgyptus tot ad annos dicere tempus,
Profecti feſti ſunt atque dies feriati,

Præterea

Prætereà faſti dicti ſunt atque nefaſti,
Sunt hominum feſti, cauſa quadam profeſti,
Eſt menſis Græcum de luna nomine tractum,
Nomine quùs lunæ quia menes luna Latinè,
Per to diuiſi ſunt tempora quatuor anni,
Quorum nomina, ver, æſtas, autumnus, hyemsq́,
Reſpiceret Boream vernali tempore Titan.
Quod noctes tempus ſolet exæquare diebus,
Martis in octonis erit eius origo Calendis,
In nonaginta durando diebus & vna.
Cùm caleſit Boreas per ſolem mox fit & æſtas,
Tempora nocturna breuiat ſpatiando diurna,
Iunius octonas iubet hanc intrare Calendas,
In nonaginta durando diebus & vna,
Æſtas ex igne ſtat, ver & ab ariditate.
Aſſolet autumnus noctes æquare diebus,
Et cupit octonis Septembris adeſſe Calendis,
Perdurando tribus nonagintaq́, diebus,
Sic ex algore ſtat ſemper & ab ariditate.
Reddit hyems frigus cum ſit prope ſol alienus,
Cùm ſunt nocturna prolixa minuta diurna,
Quæ decimi menſis orditur in octo Calendis,
Tempore denorum nouies contenta dierum,
Hæc ex algore ſtat ſemper & ab ariditate.
Annus ad eccleſiam ſuper his habet allegoriam,
Eccleſiæ deſignat hyems incommoditates,
Tempeſtas quando fit cum glacie, niue, turbo,
Æſtas eſt fidei neglectus & vltio Chriſti.
In qua doctrinæ ſiccantur ab ariditate:
Ver nouitas fidei neglectus & vltio Chriſti.
Nobis occiſi, quo paſcha tenebimus agni,
Cùm venit autumnus, prouentu fertilis annus,
Cœtibus Eccleſiam ſanctorum dans venerandam.
Ver tempus dicunt quo ſemina cuncta vireſcunt,
Cum vites gemmis tellus veſtitur ab herbis,
Eſt æſtas tempus quo feruet in omnibus æſtus.
Credimus autumnum de tempeſtate vocatum,
Quando cadunt folia, ſunt tempeſtiuaq́, cuncta,
Fert hemiſphærio cognomen hyems ſuper vno,
Sol quia tunc voluit ſolet in ſpatio breuiori.
Dicitur hæc bruma vel quod breuis eſt, vel ab eſca,
Hinc imbrumari ſolet ad faſtidia veſci,
Eſt tamen hybernum ſpacium pro parte vocatum,
Vernum compoſitum veluti dicas hybernum,
Ver, æſtas, menſes autumnus, hyems retinet tres,
Ex quo ſunt tantùm menſes diſcreta ſecundum,
Ver, æſtas & hyems ſit adulta, ne præceps,
Sic eſt autumnus nouus & præceps & adultus,
Cum venit autumnus nimium viget vndiq́, morbus,
Æra namq́, calor deprauat & obuius algor.
Non minimè paſſi gentiles antè fuerunt,
Contribuêre Ioui quaſi tempora quatuor anni
Materia varias, non forma quatuor vrnas.
Factas argento ferro, vitro, quoque plumbo,
Fert riſum crater Iouis hic argenteus & ver,
Ferreus æſtatem Vulcani geſtat & ignem.
Vitreus autumnum Iunonis & vbera largum.
Vas hyemem plumbi capit interitumq́, Saturni.
Exortis tenebris nox eſt abſentia ſolis
Dicunt Philoſophi noctem contingere naſci.
Vel quod vergentes efflat ſol languidus ignes,
Vel quia quæ ſupra in terras cernitur infra,
Nox aptum nomen ſumpſit cum viſibus obſit.
Solſtitij ſpacium ſolis ſtatione vocatum,
Ipſo quod ſtante creſcunt noctes, ve dies ve,
Æſtiuum cancro, brumale fit in capricorno,
Vt duo ſolſtitia, duo ſunt in noctibus æqua.
Quod nox atque dies habet horarum parientes,
Autumnale libra, vernale reſponderat Ammon.
Eſt menſis primus vel Iani nomine dictus,
Olim gentili qui more Deus fuit anni,
Vel quod ianua ſit per quam venit annus & exit,
Ex ipſo ſ entem nunc appellamus eundem.
Februus eſt Pluto, menſis Februarius ex quo,
Nam ſuperis ille ſtetit ad ſacra, manibus iſte.
Martius à Marte vel debet nomen habere,
Dicitur aut ideo quia iungit plura marito,
Anni principium fuit hic menſisq́, nouorum.
Dicitur Aprilis pro iure quod eſt Aperilis,
Quo plantæ germen reddunt, animantia prolem
Rus mare, nube polus, quo liber turbine pontus,
Rus redit agricolis, polus aſtrologis, mare nautis.
Eſt Maia Maius Hermetis matre vocatus,
Hæc emboliſmis loca ſunt aſcripta locandis.
Dextrum September recipit primumq́, December,
Sextum Sextilis regio quintumq́, Nouembris,
Quinq́, ſuo nonas permittit habere quaternas,
Martis triste diem nonarum ſume priorem.
Ad hinc ternas Martis cape ſeptime nonas,
Prima necat Iani, nocet aſtans tertia fini,
Quarta necat Februi, nocet aſtans tertia fini,
Mars tua frons cuſpis, prope finem quarta ſit aſpis,
Aprilis decimam, notat vndecimam prope caudam,
Tertia mors Maij, ſed ſeptima proxima fini,
Iunius in decimo ferit & quindenus ab imo.
Alter ab vndecimo nepa Iuli, nonus ab illo,
Auguſti primus ferit & de fine ſecundus,
Stat Septembris acus, hinc tertius inde decenus.
Octobris ſtat acus, hinc tertius inde decenus,
Quinta necat capitis, ſed tertia fine Nouembris,
Frontis ſeptenam notat vltimus ordo decenam.
Annis ſextilis diſponitur ordo Decembris,
Quartanus nonis tribus atque bis octo Calendis.
Iulius eſt pariter Mars, Maius, & Ogdoas imber
Inſenis nonis ſeptemq́, decemq́, Decembris,
Iunius, Aprilis, Septembris itemq́, Decembris.
Quartanis nonis ter quinque tribusq́, Calendis.
Quartanis nonis februus bis & octo Calendis
Concordant menſes Octobris idibus omnes,
Ducunt ergo dies triginta bis duo menſes,
Viginti Februus fit ſolus & octo diebus.
Quolibet in reliquo quater octo dies minus vno.
Scire volens feria ſint cuiuſqueq́, calenda,
Ad concurrentes componas has feriales.
Ianus Maio tres dat, Iunius hinc Februo ſex.
Septem Septembri decimus, Mars quinq́, Nouembri,
Aprilis tecum defendit Iulius vnum.
Quatuor Auguſtus capit, October duo ſolus,
Si benè perpendis quota conſtat luna Calendis
Lunares iactas hos inſtantes ad epactas,
Quinos September, quinos habet Ogdoas imber,
Nonus habet ſeptem, decimo præſtabis eoſdem
Aprilis Februo deca dat Mars tertia Iano,
Maius in vndenis eſt, Iunius in duodenis.
Bis ſeptem Sextilis habet deca Iulius & tres.
Tempus habens aui ſpeciem dat motio mundi.
Conſtans præteritis, præſentibus atque futuris,
Dicitur hanc ob rem tempus, quia temperat orbem
Ipſa probat ratio, quia triplex temporis ordo,
Natura iuſſu ſtans aut auctore vel vſu.
Sol & luna ſuum duce natura facit annum,
Sol per quinque dies, ter centenos decies ſex,
Vnius ſolidi iuncto quadrante diei,
Per tot luna dies annis communibus tres,
Si tamen hoc ſpatium tibi ſex & quinque dierum,
Creſcit ter denis emboliſmalibus annis.
Menſis vt eſt vſus, fit bis ter quinque dierum.
Attamen hic vſus non eſt vſus ſed abuſus,
Cùm neq́, luna ſuum, neq́, ſol faciant ita curſum,
Curſus enim lunæ ſalua ſaltus ratione
Fertur, vt eſt horis minor hoc ſpatio duodenis
Fitq́, decem ſemis mora ſolis longior horis.
Diua Vel humana vis eſt auctoris habenda.
Edicto Domini ſtatuentis iura Moyſi,
Aufert ruris opus Iudæo ſeptimus annus,
Rerum mortalis habita grauitate iubentis.
Romani ludos repetunt poſt quatuor annos,
Ac hoſdem quatuor recipit Februarius annos,

Tempus ineſt atomis, momentis atque minutis,
Partibus, oſtentis, punctis, quadrantibus, horis
Atq; diebus & hebdomadis & menſibus, annis,
Et luſtris æquè, ſiclis, ætatibus atque.
Atomus in noſtra ſonat indiuiſio lingua,
Quinq; manent cauſæ, ſolet in quibus atomus eſſe,
Sol numerus, tempus, necnon oratio, corpus,
Atomus in ſole, vult floccus pulueris eſſe.
Atomus in numero, monas eſt atq; eius origo:
Atomus in tempus, situs eſt oculi velut ictus.
Atomus in voce ſtat ſingula littera per ſe.
Atomus in corpus, cui vix aderit color vllus.
Atomus oſtenti, tota portio debet haberi,
Fit per centena ſiue bis duo, bis quadragena.
Oſtentum verè decies pars ſexta fit hora.
Hora fit ex punctis quinis, bis quinq; minutis.
Sex habet oſtenta decies, partes decapente,
Fit per moneta quater hoc eſt dena ſerenta,
Punctus particulis ternis, geminisq; minutis,
Octo momentis ſimul oſtentis duodenis.
Reddere vult vnum pars bina bemi, minutum,
Bis duo momenta faciens oſtentaq; ſena,
Quatuor oſtenta ſunt vna parte retenta.
Et momenta duo gemina partes & ab imo,
Momentum ſolet oſtentum dare ſenis & vnum
Sol horam punctis dat quinis luna quaternis.

F I N I S.

DIONYSIVS
DE ANNIS.

ANni Domini notantur in præſenti linea,
Cum miſertus mundi Dominus ad tollenda crimina
Natus homo hic proceſſit, natura ferens veſicera.

Ad indictionem inueniendam.

Tres appone annis Chriſti pro indictionibus
Regulares, & partite per quindenum numerum,
Abſque mora tunc videbis quis ſit eius numerus.

Quando Chriſtus natus ſit.

Quarta eſt indictione natus Chriſtus Dominus,
Ideo tres apponuntur pro indictionibus,
De denis duobus Chriſti de annorum numero.

Ad probandam Incarnationem.

Ordines indictionum diuide per quindecim,
In his autem regulares adde denos & duos,
Præſens anni apponatur indictio ibidem.

Ad exhortandum lectorem.

Calculum qui lector ſcire ſtudes mente ſtrenua,
Ordines indictionum alta ſtent memoriæ,
Quaſi abſint anni Chriſti amittes ignauia.

Ad epactas lunæ inueniendas.

Per nouenos atque denos annos Chriſti diuide,
Et quod his ſuperabundat extende per vndecim,
Per triginta partiendo epactas reperies.

Item vt ſuprà.

Decennouennalem Paſchæ vnum tantum ſubtrahe.
Per vndenos ampliabis, per triginta diuide,
Epactam ipſius anni protinus inuenies.

Ad epactas ſolis inueniendas.

Pro epactis namque ſolis ſume annos Domini.
Horum quartam his appone annorum qui fuerint.
Regulares adde quater: per ſeptenos diuide.

Item vt ſuprà.

Tene autem nono ſemper Calendas Aprilium.
Feria quæ eſſe conſtat locus concurrentium,
Creſcunt quibus in diebus per ſeptenum numerum.

De cyclo ſolis quem gradum teneat.

Octo annos ſubtrahendo pro ſolari circulo,
Per vigenos & octonos reliquos diuiſeris,
Inueniſſe te gaudebis ſic ſolarem circulum.

Ad probandam concurrentem.

Circulum & hunc ſolarem diuide per quatuor,
Tandem quartam eius partem eidem adijcito,
Per ſeptenos diuidendo, concurrens inuenitur.

Ad cyclum lunæ inueniendum.

Cyclus lunæ quotus extat ſi ſcire deſideras,
Duos annos ſemper deme de ſupremo numero,
Per nouenos ſimul denos diuiſus reperitur.

Ad cyclum decimumnonum inueniendum.

Annis Chriſti vnum tantum ritè ſi addideris,
Per nouenos atque denos pariter diuiſeris,
Decennoualem cyclum vltimum reperies.

De loco epactarum.

Epactarum locus patet facilis & commodus,
In vndecimo Calendas poſitus Aprilium,
In quo luna cum epacta coæquatur numerus.

Item de quatuordecim epactis.

Quartadecima epacta, cùm tenetur circulo:
Quartamdecimam vndeno Calendas Aprilium,
Computare lunam cogit lege patrum ſancitum.

Quando epactæ creſcunt.

Nam epactæ cum creſcunt ad quindenum numerum,
Duodenarum calendarumq; itemq; Aprilium,
Quartamdecimam tenebis lunam ſine dubio.

De paucioribus epactis.

Pauciores iam epactis obſeruata regula,
Creſcere per dies ſine vſque decimamquartam,
Ipſa erit quam quærebas legalis legitima.

De pluribus epactis.

Porrò plures ſi dicuntur vltra quindenarium,
Ipſo numero aſcende vſque trigenarium.
Sic ad nouam inchoando ad paſchalem terminum.

Regula prima menſis.

Paſcha noſtrum primi menſis eſt tenenda regula,
Chriſtiani pòſt peracta luna decimaquarta,
AEquinoctio tranſcenſo in die Dominico.

Quid inter azyma & Paſcha diſtet.

Inter azyma & paſcha, hæc eſt differentia:
Paſcha dies eſt tenenda luna decimaquarta,
Azymorum qui ſequuntur ſeptima ſolennitas.

[illegible]

Item.

[illegible]

De destructione anno.

[illegible]

Item.

[illegible]

Item.

[illegible]

Item.

[illegible]

Item.

[illegible]

Item.

[illegible]

Aliud.

Sit itaque & September coæquato numero
Quia ipſe duo anni comprobantur vnum
Autumnale, vnum, alter ſeruat æquinoctium.

De ratione duodecim ſignorum.

Mira prorſus paganorum & ſtulta dementia,
Qui in cælum tranſtulerunt tam diuerſas beſtias,
Cum olympo eſſe conſtet angelorum agmina.
Illi taurum rabidare dixerunt [illegible] cetera,
Qui in bouem verſum Iouem fabulæ [illegible] ferebant,
Ad Italiam tranſuexiſſe Agenoris filiam.
Habet fides Chriſtiana ſignorum memoriam,
Primum agnum qui in cælum maieſtate fulgida,
Regnat vnus cum patre per immenſa ſæcula.
Igitur non torua fronte nec ceruice tumidus
Noſter taurus eſt putandus nominatus optimus,
Dulcis, blandus, atque mitis, atque ſuauis vitulus.
Ipſe eſt ergo tenendus ſignatus vitulus,
Cuius caro immolata in crucis patibulo,
Hos itere ſuo tulit de mortis periculo
Hic nos [illegible] nos hortatur pietate ſedula,
Ergo Chriſti [illegible] exarare [illegible],
Duorum præceptorum portare ſemina.
Pro [illegible] teſtamentum geminis.
Idolatriam calcare ſolum Dominum quærere,
Auaritiam vitare cancrum incurabilem.
Leo nuper obdormiuit vt in morte vinceret,
Ideo euigilauit vt poſſimus ſurgere.
Per quem iure [illegible] a pœnis eripi.
Virginis hoc ſextum ſignum competenter ſequitur,
Sexta mundi iam ætate venit Dei filius,
Æquitatis libram tenet, vere Deus dicitur.
Huic puro ſi quis corde bene miniſtrauerit,
Iam ſecurus non timebit venenum peſtiferum,
Conculcare iam cum planta ſcorpionem poterit.
Scuto fidei protectus ſæuum ſagittarium
Deformatum non timebit, cum equinis cruribus,
Ipſe quoque ſuperauit nefandum diabolum.
Capricornus ac deformis vultu deſpicabilis,
Alios amentes facit, alios ſacrilegos,
Homicidas furioſos, alios adulteros.
Sed his omnibus conuerſis atque bene flentibus.
Tergere de fronte ſolet candidus aquarius,
Crimina quæ ſponte fuit, vel inſtinctu dæmonum.
Duo piſces qui ſequuntur vno ſinu editi,
Duos populos ſignant, vocatos per gratiam,
Baptiſmatis vnda lotos ſoli Deo credere
Iam ceſſet iam illorum deſinat dementia,
Qui [illegible] eſſe credunt [illegible] talia,
Caſa [illegible] cernant, [illegible] quæ Dei eccleſia.
Animata pulla, magna & reptilia,
Cum [illegible] petunt cæleſtia,
Sed cum carne horum credunt interire animas.
Ille hominum & Dei mediator fuerit,
Eſſe ibi electorum credimus & animas,
Hac daturum ſe promiſit infinita bonitas.

F I N I S.

BEDÆ PRESBYTERI LIBELLVS, DE RATIONE COMPVTVS.

De Tempore I.
Interrogatio

VNde dicta ſunt tempora? *Reſpon.* Tempora ſunt dicta, a temperamento, [illegible] a vniuſcuiuſque [illegible] ſpatia [illegible] ſeparatim temperatum ſit. Seu quia momentis, horis, diebus, menſibus, annis, ſæculiſque & ætatibus, omnia mortalis vitæ curricula temperantur. *Interrog.* Quot modis ratio computi diſcretus eſt? *Reſpon.* Tribus. Aut enim, natura, aut conſuetudine, aut authoritate decurrit. *Interrog.* Authoritate quomodo? *Reſpon.* Authoritas bifariè diuiſa eſt, humana ſcilicet ratione, & diuina. *Interrog.* Humana quomodo? *Reſpon.* Vt ſunt olympiades quatuor annorum, nundinæ octo dierum, indictiones quindecim annorum. *Interrog.* Diuina quomodo? *Reſpon.* Item ſeptima die ſabbatum agi ſeptimo a rurali opere vetari. Quinquageſimum annum iubileum vocari. *Interrog.* Conſuetudine quomodo? *Reſpon.* Humana conſuetudine firmatum eſt, vt menſis triginta diebus putaretur, cùm hoc nec ſolis nec lunæ curſui conueniat. Siquidem lunam duodecim horis minus, [illegible] tus, ſolem vero decem horis & dimidia plus, [illegible] exquiſierunt teſtantur. *Interrog.* Natura quomodo? *Reſpon.* Natura duce repertum eſt ſolis annuum trecentis ſexaginta quinque diebus, & quadrante confici. Lunæ verò annum, ſi communis, trecentis quinquaginta [illegible], ſi Emboliſmus, trecentis octoginta quatuor diebus, terminari. Totumque lunæ curſum decennouennali circulo comprehendi. Et errantia ſydera ſuis quæque ſpatiis zodiaco circulo circumferri.

De Hora. II.
Interrogatio.

HOra quid eſt? *Reſpon.* Hora eſt duodecima pars diei. Siquidem duodecim horæ diem complent, Domino atteſtante, qui ait: Nonne duodecim horæ ſunt diei? ſi quis ambulauerit in die, non offendit. [illegible] allegoricè, ſe diem: diſcipulos vero, [illegible] horas appellauerat. Solo tamen [illegible] computationis ordine numerum diffiniuit horarum. Verum notandum eſt, quia [illegible] omnes anni dies [illegible] horis computentur, æſtiuos neceſſe eſt dies [illegible], brumales verò breuioribus horis includi. Si vero [illegible] æquiparare, hoc eſt æquinoctiales habere [illegible] brumali diei nihilominus pauciores, & [illegible] plures [illegible]. *Interrog.* Hora [illegible] *Reſpon.* Quatuor: & in [illegible] comparata [illegible] que, & decem minutas, quindecim partes, & quadraginta momenta. *Interrog.* Sunt [illegible] ſales, an non? *Reſpon.* Non [illegible] catoribus neceſſe eſſet, vel diem [illegible] horam in quatuordecim, aut in decem, vel [illegible], aut [illegible] quadragina, [illegible] reſq. diſtinguere particulas, [illegible] bus id quod [illegible] cere poſſunt. *Interrog.* Hora [illegible] *Reſpon.* Hora [illegible]

[illegible]ctaeſt, eo quod certi temporis ora, id eſt terminus ſit. [illegible]& veſtimentorum & fluminorum [illegible] quoque fines [illegible] vocitare ſolemus. Punctus vero à paruo puncti tranſitu, qui fit in horologio. Minuta autem a maiore interuallo vocantes partes, à partitione circuli zodiaci, quę tricenis diebus per menſes ſingulos ſindant. Porro momenta à motu ſyderum celeberrimo nuncupantes, dum aliquid tibi breuiſsimis in ſpatijs cedere aut ſuccedere ſentitur. Minimum autem omnium, & quod nulla ratione diuidi poteſt tempus, atomum Grecè, hoc eſt indiuiſibile, nominant.

De die. III.
Interrogatio.

DIes quid eſt? *Reſpon.* Aer ſole illuſtratus. *Interrog.* Vnde ſumpſit nomen? *Reſpon.* Dies inde dictus eſt, eo quod tenebras à luce diſiungat ac diuidat. *Interrog.* Dixiſti diem eſſe aerem à ſole illuſtratum, cum principio creaturarum legimus tres eſſe dies ante ſolem conditum. *Reſpon.* Verum eſt, in primordio creaturarum tenebræ erant ſuper faciem abyſsi. Dixitque Deus, Fiat lux, & facta eſt lux, & vocauit Deus lucem diem. Igiturque lux ab Oriente emiſsi, fugatis tenebris, latitudineque ſui fulgoris totam terrá æqualiter perfulſit. Primos ternos dies oriendo occidendoq; velut ſol terminauit: de qua luce luminaria formata eſſe creduntur. *Interrog.* Quid à ſolari luce diſtabat? *Reſpon.* Hoc quod caloris ſenſu carebat. *Interrog.* Diffinitio diei quot modis diuiditur? *Reſpon.* Bifarie, hoc eſt vulgariter, & propriè. *Interrog.* Vulgariter quomodo? *Reſpon.* Vulgus namque omnem abuſiuè ſolis præſentiam ſuper terram appellat. *Interrog.* Propriè qualiter? *Reſpon.* Propriè autem & naturaliter, dies vigintiquatuor horis, id eſt circuitu ſolis totum orbem luſtrantis impletur. qui ſecum ſemper & vbique lumen diurnum circumferens ſpatio aereo tam noctu ſub terras, quam ſupra terras in die creditur exaltari. *Interrog.* Da amborum auctoritatem. *Reſpon.* Dominus in Euangelio diem vulgarem diffiniuit dicens, Nonne duodecim horæ ſunt diei? Moyſes autem proprium ita deſcripſit, dicens: Et factū eſt veſpere & factum eſt mane dies vnus. Quem Hebræi & Chaldæi perſequentes iuxta primæ conditionis ordinem, diei curſum à mane vſque ad mane deducunt, vmbrarum videlicet tempus luci ſupponentes: at contrà Aegyptij ab occaſu ad occaſum. Porrò Romani à medio noctis in medium vmbræ. Et Athenienſes, à meridie in meridiem dies ſuos maluerunt computare. Diuina autem auctoritas à mane vſq; ad mane, vnum diem in Geneſi appellat. Sed Domino reſurgente, eadem in Euangelio, totum illud tempus à veſpera ſanxit veſperam. Vt hominem de luce lapſum in tenebras, & deinceps e tenebris redire ad lucem ſignificaret. Vbi primus ſeculi dies ſit, hoc requiro. Principium ſeculi & conditionis mundi ſecundum Aegyptios, quibus Abraham à Chaldæis edoctus Aſtrologiam aduexit, xv. Calend. Aprilis die contigiſſe fertur, eo quod die zodiaci initium extitiſſe, atque iuxta zodiaci diuiſionem eo die facta eſt lux, quo ſol Arietis ſignum, reuertens ad exordium, ingrediebatur. Qui quarto die conditionis, videlicet xii. Calendarum ſupradictarum incipiente creatus eſt, quique pari ſpacio diuidens lucem & tenebras ſua præſentia abſentiaq; vernale equinoctiū, eo die fecit, cuius diei initio tunc eum cœli locum Oriens cœpit, quem Aſtrologi, quartam parté arietis eſſe dicunt. Eumq; poſt 365. dies & ſex horas rediens, propter illas horas anno ſequenti meridiem faciens, vernale æquinoctium intrauit tertio veſpere, quarto, medio noctis, quinto, rurſus mane, ſicut primo occurrit. In qua die inuenitur Sol, non ſolùm primam ſigni partem conſcendiſſe, verùm & quadranté iam in ea die habere, ipſa eſt per naturam caput ſigniferi, duodecim ſigna quæ particulæ nominantur, initium habere & terminum. Anatolius refert, ibi quadrantem dicit, ibi ſaltum incipere ac finiri: ibi annum magnum, hoc eſt planetarum curſum, exordium fineinque ſortiri. Luna eiuſdem diei veſpere plena Orientis à medio apparens, quartam libræ partem, quę eſt ęquinoctium autumnale, [illegible] initiumque paſchale ſuo exitu conſecrauit. Neque alia ſeruandi paſcha eſt regula, quia vt ęquinoctium vernale, plenilunio ſuccedente perficiatur: at ſi vel vna die plenitudo lunæ proceſſerit, æquinoctiū iam nō primi mēſis, ſed vltimi, luna putetur. Itaq; nō ab re eſt, quia tūc ſol nō primi, neque ſecundi vel tertij diei, ſed quarti habet poteſtatem: Luna verò illuminata ab eo, cùm ſtellis tandem ad veſperum noctis poteſtatem accipit. Sed verus ille ſol qui eſt Chriſtus, decurſo tempore ante legem legalique atq; prophetali gratia per ſe incipiente, nobis ortus eſt, ſuæque lumine gratiæ corpus Eccleſiæ quoſque virium præueniens illuminauit. Quia plenilunium paſchæ ante æquinoctium fieri non poteſt. Vt noſtrum paſcha æquinoctiali ſolis exortu, cuncta videlicet tenebrarum offendicula vincentis, nos veſtræ deuotionis plenilunio ſubſequente celebremus.

De nocte. IV.
Interrogatio.

VNde dicta eſt nox? *Reſpon.* Nox dicta eſt eò quòd noceat aſpectibus vel negotijs humanis, ſiue quia in ea fures latroneſque nocendi alijs occaſionem nanciſcantur. *Interrog.* Nox quid eſt? *Reſpon.* Nox eſt ſolis abſentia, terrarum vmbra conditi, donec ab occaſu redeat ad exortum, quam à natura eius poëta deſcribens: Ruit (inquit) oceano nox Inuoluens vmbra magna, terramque poluinque. & Salomon ſacris literis expreſsit, qui paſcit inter lilia, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ. Eleganti vtique ſenſu deceſsionem noctis, inclinationem appellat vmbrarum. Sed & iſta vmbra quæ ad ſydera vſque videtur extendere, noctis natura eſt, & lunam aliquando plus cæteris ſyderibus. Interim obſcurat, vt ſui luminis defectum impartiatur, quia ad [illegible] planetarum currit, ſuperiora tamen ſpacia vel ſuo vel ſyderum ſemper lumine [illegible]. Sed & luna cum infimas ſui curſus abſides plena adierit, nonnunquā vmbra memorata obſcurari ſolet, donec centrum egreſſa rurſus à ſole cernatur. Verùm ne hoc omni plenilunio patiatur, latitudo, quæ duodecim partium eſt diuerſarum abſidum altitudinem habere dicetur. *Interrog.* Quot ſunt quæ vmbram efficiunt? *Reſpon.* Tria quædam, ſcilicet lux, corpus, locus obſcuratus. *Interrog.* Qualiter? *Reſpon.* Lux ſi corpori par eſt, ęqualis eſt ei & vmbra: ſi corpus maius, augetur & vmbra: ſi exilius, minuetur & vmbra. Sol autem terra maior eſſe dicitur: quamuis longinquitate modicus videtur. Atque ideo noctis vmbram, quia ſenſim decreſcit, deficere, priuſquam æthera pertingit, ſicque ad aeris ætherisque confinium, acuminatis inſtar pyramidum tenebris, philoſophi vmbram terræ exaltari dicunt. *Interrog.* In quot partes diuiditur nox? *Reſpon.* In ſeptem. *Interrog.* Quæ? *Reſpon.* Crepuſculum, veſpertinum, conticinium, intempeſtum, gallicinium, matutinum, diluculum. Crepuſculum eſt dubia lux, nam crepuſculum dubium dicimus, hoc eſt inter lucem & tenebras. Veſperum apparente ſtella eiuſdem nominis, de qua Poëta: Ante diem clauſo componit veſper olympo. Conticinium, quando omnia conticeſcunt, id eſt ſilent. Intempeſtum, media nox, quando omnibus ſopore quietis nihil operandi tempus eſt. Gallicinium, quando galli cantum leuant. Matutinum, inter abſceſſum tenebrarum, & auroræ aduentum. Diluculum, quaſi iam incipiens parua diei lux, hæc aurora eſt, pertingens vſque ad ſolis exortum.

De hebdomada, & ſeptem planetis.
V. *Interrogatio.*

VNde dicta eſt hebdomada? *Reſpon.* Hebdomada, à ſeptenario numero nomen accepit. Quia & Romani ſeptimanam à ſeptem diebus appellant. Manus enim apud veteres, dies à puritate dicitur. *Interrog.* Quomodo à populo Dei computabatur? *Reſpon.* Antiquitus à populo Dei ita computabatur. Prima ſabbati, vel vna ſabbati, ſiue ſabbathorum, Secunda ſabbati, tertia ſabbati, quarta ſabbati, quinta ſabbati, ſexta ſabbati, vel ſabbato. Non quia

omnes ſabbatorum, hoc eſt requietionum dies eſſe non potuerint: ſed quia à requietionum die quæ ſuo nomine & cultu ſingularis excellebat, prima vel ſecunda, vel tertia, ſiue cæteræ ſuo quæque cenſerentur ex ordine. *Interrog.* Quomodo computabant gentiles hebdomadam? *Reſpon.* Verùm gentiles cùm obſeruationem à populo Iſrael hebdomadis didiſcerent: Primam videlicet Soli, ſecundam Lunæ, tertiam Marti, quartam Mercurio, quintam Ioui, ſextam Veneri, ſeptimam Saturno dicantes. Eiſdem monſtris ſuos dies quibus & errantia ſydera conſecrantes tam etſi diuerſo ordine computantes. *Interrog.* Quid ſe ex his habere æſtimantes? *Reſpon.* AEſtimabant enim ſe à ſole ſpiritum habere, à luna corpus, à Marte ſeruorem, à Mercurio ſapientiam & verbum, à Ioue temperantiam, à Venere voluptatem, à Saturno tarditatem. *Interrog.* Rogo vt iuxta æſtimationem tuam effectum earum mihi ediſſeras. *Reſpon.* Puto quòd ſol in medio planetarũ poſitus, totum mundum ſpiritus inſtar caleſacere & quaſi viuificare videtur, Eccleſiaſte atteſtante qui ait, Girans girando vadit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur. Luna autem per humorum miniſterium, incrementum corporibus ſuggerit cunctis. Martis ſtella vtputa ſoli proxima colori ſimul & natura eſt ſeruẽs. Mercurius perpetuo circa ſolem diſcurrendo, quaſi exhauſta ſapientiæ luce radiari putabatur. Iupiter frigore Saturni & ardore Martis hincinde temperatur. Venus luminis vetuſtate quam ex Solis vicinitate percipit, ſuo cernentes allicit aſpectu. Saturnus eo tardior cæteris planetis, quo & ſuperior incedit. *Interrog.* Quot annis vel diebus vniuſcuiuſque curſus impleri videtur. *Reſpon.* Saturnus triginta annis ſigniferum implet. inde Iupiter duodecim annis. Tertius Mars duobus annis. Quartus Sol trecentis quinquagintaquinque & quadrante infra Solem, Venuſque & lucifer & veſper trecentorum & ſeptem diebus, à ſole nunquã abſiſtens partibus ſex & quadraginta, longius proximum illi Mercurij ſidus nouem diebus otiore ambitu, modò ante ſolis ortum, modò poſt eius occaſum ſplendens, nunquam ab eo viginti duabus partibus remotior. Nouiſsima luna vigintiſeptem diebus, & quatuor horis ſigniferum conficit. *Interrog.* Quare antè dixiſti eum & diuerſo ordine computantes? Quia hæc erat ſtultitia gentilium, falſa ratiocinatione ſubnixa, qui quaſi iure primam diem ſoli, quia maximum eſt luminare. Secundam lunæ, quia ſecundum luminare ſe conſectari putabant. De inordinata alternatione à tertia diei primam à ſole ſtellam, quartæ primam à luna, quintæ ſecundam à ſole, ſextæ ſecundam à lunæ, ſeptimæ tertiam à ſole præponebant. *Interrog.* Hebdomada apud Græcos & Romanos quomodo peragitur? *Reſpon.* Septem dierum curſu. *Interrog.* Apud Hebræos quomodo? *Reſpon.* Septem annorum curſu peragitur. Declarat autem hoc Daniel de ſeptuaginta hebdomadibus. *Interrog.* Quot ferijs conſtat hebdomada? *Reſpon.* Septem ſcilicet. *Interrog.* Feria vnde dicta eſt? *Reſpon.* Feria à fando dicta, quaſi faria, eo quod in creatione mundi, Deus fiat, dixit per ſingulos dies. *Interrog.* Quis primus ferias habere edocuit? *Reſpon.* Sylueſter Papa clerum ferias habere inſtituit, cui Deo ſoli vacanti nunquã militiam, vel negotiationem liceat exercere mũdanam, dicente pſalmographo, Vacate & videte quòd ego ſum. Et prima quidem die, quia & lux in principio facta eſt. & Chriſti reſurrectio celebrata, dominicam nuncupauit. Quòd illi nomen primis Eccleſiæ temporibus fuiſſe inditum, teſtatur Ioannes, qui dicit in Apocalypſi, Fui in ſpiritu in die Dominico. Deinde ſecundam feriam, tertiam & quartam & quintam & ſextam de ſuo deuectens. Sabbatum ex vetere ſcriptura retinuit, nihil veritus grammaticorum ferulas, qui ſicut Calendas, Nonas, & Idus, ita etiàm & ferias plurali tantùm numero proferendas eſſe decurrunt.

De Menſibus. VI. Interrogatio.

VNde dicti ſunt menſes? *Reſpon.* Menſes dicti à menſura, quia quiſq; eorum menſuratur. Sed melius à luna, quæ Græco ſermone mene vocatur. Vnde apud eos meneſe, menſes appellantur. Quam Hebræa quoque lingua etymologiam ſeruare videtur. In eo quòd Ieſus filius Syrach, qui itaque hebraicè ſcripſit loquens ait, menſis ſecundum nomen eſt eius. *Interrog.* Quomodo antiqui ſuos menſes computabant? *Reſpon.* Antiqui, menſes ſuos non à ſolis, ſed à lunæ curſu computare ſolebant. vnde quoties in ſcriptura ſacra, ſiue in lege ſeruante legem, quota die menſis quid factum dictumve ſit, indicatur. Non aliud quam lunæ ætas ſignificatur. A qua ſemper Hebræi, quibus credita ſunt eloquia Dei, antiquo Patrum more menſes obſeruare non ceſſant. Primum menſem nouorum, qui paſchæ ceremonijs ſacratus eſt Niſan appellantes. qui propter multiuagam lunæ diſcurſum, nunc in Martium menſem, nunc incidit in Aprilem, nunc aliquot dies Maij menſis occupat. Sed rectius Aprili deputatur, quia ſemper in ipſo vel incipit vel finit vel totus includitur. Ea duntaxat regula obſeruata, vt quæ quindecima poſt æquinoctium luna extiterit, primum ſequentis anni menſem faciat, quæ verò ante nouiſsimum procedentis. Sic per ordinem duodecim menſes lunares computant, quos propter lunæ circulum qui vigintinouem diebus, ſemis ſtat tricenis, vnde triceniſque diebus alternantes. Secundò demum vel tertio anno exacto, menſem ſuperfluum qui ex annuis vndecim è pactarum diebus confici ſolet, intercalent chorus & prætexatus hanc eſſe cauſam dixerunt.

De menſibus Romanorum. VII.
Interrogatio.

QVare tam diuerſæ longitudinis habeantur? *Reſpon.* Romulus cùm ingenio acri ſed agreſti, ſtatum proprie ordinaret imperij, initium menſis ex illo ſumebat die quo nouam lunam contigiſſet videri. Quia non continuo euenit, vt eo die ſemper appareat, ſed modò tardius modò celerius ex certis cauſis videri ſolet. Contigit vt cum tardius apparuit, præcedenti menſi plures dies, at cùm celerius pauciores darentur, & ſingulis quibuſq; mẽſibus perpetuam numeri legem primi caſus adduxit, ſicque factum eſt, vt alij triginta, alij triginta vnum, ſortirentur dies. *Interrog.* Quomodo menſes ſuos vocauit. *Reſpon.* Primùm menſem Romulus, Marti cuius ſe filium eſſe voluit, dicauit. Eo quòd eo menſe conſtet Iunonem, Martem peperiſſe in Phrygia. Quem mẽſem anni principium aliquãdo fuiſſe, vel ex hoc maximè probatur, quia ex eo ſeptimus, octauus, nonus & decimus inditum antiquitus à numero nomen vſq; hodie appellant. Secundum menſem appellauit Aprilem quaſi aperilem. In eo quod in illo remotis nubibus, pruinis ac tempeſtatibus hibernis cœlum, terra & mare, nautis, agricolis & horoſcopis aperiatur. Arbores quoque & herbæ in germen, ſed & animantia quoque in prolem ſe aperire incipiant. Maium tertium, quartum Iunium poſuit maiorum ac iuniorum, in quos diuiſit populum, vt altera pars armis, altera conſilio rempublicam tueretur. Contendunt alij Maium Mercurij matrem Maio nomen dediſſe. Hinc maximè probãtes, quia hoc menſe mercatores omnes Maiæ Mercurioque pariter ſacrificabant, Iunius menſis aut vt ex parte populi (vt diximus) nominatur, aut vt Cingius arbitratur Iunonius apud latinos antea vocabatur, & hæc appellatio menſis apud maiores diu permanſit, ſed detritis quibuſdam poſtea literis, ex iunonio dictus eſt Iunius. Nam & ædes Iunoni Monetæ Calendis Iunijs dicatæ ſunt. Iulius menſis Quintilis, quod à numero ſumpſerat, etiam poſt præpoſitos Martio duos menſes ſeruauit. Sed poſt in honorem Iulij Cæſaris Iulius vocatus eſt menſis. Quartum Idus Quintilis procreatus ſit. Auguſtus menſis, Sextilis antea vocabatur, donec honor Auguſti daretur ex ſenatuſconſulto. Eo quòd ipſe die primo huius menſis, Antonium & Cleopatram ſuperauerat, & Imperium populi Romani firmauerat. September menſis, October, Nouember, & December, principales ſui retinent appellationem, ſignificantes nomine quoti à verno menſe, id eſt Martio, vel quia imbres in eis immineant. Hæc Romuli fuit annua ordinata dimenſio, qui annum decem menſiũ, dierum verò trecentorũ & quatuor,

haben-

habendum eſſe conſtituit, menſesque ita diſpoſuit, vt quatuor ex his, Martius, Maius, Quintilis, October tricenos ſingulos, ſex verò reliqui tricenos habent dies, qui hodie quintanas habent nonas, cæteri ſeptimanas autem habentibus ab idibus reuertebantur calendæ ad diem decimumſeptimum, verum habentibus quintanas ad decimum octauum remeabat initium calendarum. Sed cùm hic numerus, neque ſolis curſui, neque rationibus lunæ conueniret, nonnunquam vſu veniebat vt frigus anni æſtiuis menſibus, & eius calor hyemalibus proueniret. Quod vbi contigiſſet tantum dierum ſine vllo menſis nomine patiebantur abſumi, quantum ad id anni tempus adduceret quo cœli habitus inſtanti menſe aptus inueniretur. *Interrog.* Quis poſtea augmentum anni addidit? *Reſpon.* Numa ſecutus, quinquaginta dies addidit, vt in trecentis quinquaginta quatuor diebus, quibus duodecim mẽſes lunę curſus confici credidit, annus extenderetur: atque quinquaginta diebus à ſe additis, alios ſex retractos illis ſex menſibus, qui triginta habebant dies, id eſt de ſingulis ſingulos, factuſque quinquaginta, & ſex dies in duos nouos menſes, pari ratione diuiſit: de duobus priorem Ianuarium nuncupauit, primumque anni eſſe voluit, tanquam bicipitis diem menſem reſpicientem tranſacti finem futuriq; principia. Quidam autumant Ianuarium nuncupatum, ex eo quòd limes & ianua ſit anni. Secundum menſem Numa dicauit Febuo, id eſt Plutoni, qui luſtrationum parens eſſe credebatur. Luſtrariq; eo menſe ciuitatem neceſſe erat. Quam conſuetudinem modò verſa vice in melius, Chriſtiana religio eodem menſis die ſeruat. Vniuerſa plebs ſacra miniſteria beatę Mariæ offerentes modula, cùm ſacerdotes miniſtrique cereos in manibus ardentes geſtant. Paulò pòſt Numa in honorem imparis numeri vnum adiecit diem, quem Ianuario dedit, vt tàm in anno quàm in menſibus ſingulis, præter vnum Februarium impar numerus ſeruaretur, quaſi inferus, & diminutioni impar numerus conueniret. *Interrog.* Quis primus Latinorum ad numerum ſolis annum inſtituit? *Reſpon.* Caius Iulius Cæſar, imitatus AEgyptios ad numerum ſolis annum, ſicut hodie ſeruatur, inſtituit. Decem videlicet dies obſeruationi veteri ſuperadijciens, vt annum trecẽti ſexaginta quinque dies, quibus ipſe zodiacum luſtrat, efficerent. *Interrog.* Quis primus eorum quadrantem anno impoſuit, vel qui biſſexti nomen dedit? *Reſpon.* Ipſe prædictus Cæſar ne quadrans deeſſet, ſtatuit, vt quarto anno ſacerdotes qui curabant, menſibus ac diebus vnum intercalarent diem. Eo ſcilicet menſe ac loco, quo & apud veteres menſis intercalabatur, id eſt ante quinque vltimos menſis Februarij dies, idque biſſextum cenſuit nominandum. Omni autem intercalationi menſis Februarij deputatus eſt, quomodo ſi vltimus anni erat, quod etiam ipſum de Græcorum imitatione faciebant. Nam illi vltimo anni ſui menſe ſuperfluos interſerebant dies. Verùm vna re à Græcis differebant. Nam illi confecto vltimo menſe, Romani in confecto Februarij, ſed per vigeſimum & tertium diem eius intercalabant, terminalibus ſcilicet iam peractis, deinde reliquos Februarij menſis, qui erat quintus poſt intercalationem ſubiungebant. Credo veteri religioni ſuo more, vt Februarium omnino Martius ſequeretur. *Interrog.* Quare ſexto Calendas Martij intercalatur? *Reſpon.* Ob hoc autem biſſexti diem in mẽſe Februario placuit intercalare Romanis, quia hic breuior cæteris, & extremus anni menſis erat. Verum ideo nondum expleto eo, quemadmodum AEgyptij & Græci de curſu totius circulo facere volebant, ne omnino deciſa ſua lege veteri, initium Martij menſis à Februarij ſine ſeiungerent. Ideo non ſextum Calendarum Martiarum diem, quia Deum Terminum colentes, Terminalia ſacra quæ vigeſimotertio menſis eiuſdem die ſemel inſtituerat, in aliam diem mutare prorſus non dubitabant. Sed his ritè celebratis vnum quadrantis diem interponebant.

Interrogatio.

De Calendis, Nonis, & Idibus, rogo vt ediſſeras nobis.

VIII. Reſponſio.

